LR
G21



No. 21990

Library of McGill University

MONTREAL.

Received

PETRI GASSENDI

Institutio Astronomica,

JUXTA

HYPOTHESEIS

Tam Veterum quam Recentiorum.

Cui accesserunt

CALILEI GALILEI

Nuncius Sidereus,

ET

JOHANNIS KEPLERI

DIOPTRICE.

Tertia Editio prioribus Correctior.

LONDINI, bc

Impensis Hen. Dickinson, Bibliop. Cantab.

M. DC. LXXXIII.

PETRI GASSENDI

IUXTA

Tam Veterum quam Recentiorum.

Cui accessorunt

GALILEI GALILEI

ET

IOANNIS KEPLERI

DIOPTRICE.

Tertia Editio prioribus Correctior.

Imprensis Bibliop. cum.

M. DC. LXXXIII.

INSTITUTIO ASTRONOMICA,

Juxta Hypotheſeis

TAM

VETERUM

QUAM

COPERNICI

ET

TYCHONIS.

Dictata à *PETRO GASSENDO*
Regio Matheſeos Profeſſore.

EJUSDEM *Oratio Inauguralis*
iteratò edita.

Typis mandata 1682.

AD LECTOREM.

HAnc *Institutionem Astronomicam* clarissimi viri *Petri Gassendi*, ut optimam & brevissimam in hanc scientiam introductionem, secundum hypotheses tam veterum quàm recentiorum (Lecto[illegible]nevole) tibi commendamus; & in Secunda Editione [illegible]o magis sumptui parcas, in hoc compendiosius volumen redegimus. Quoniam verò libri tertii capite secundo mentionem fecit author de *quatuor stellulis quæ circa Jovem moventur*, tractatum quoque de earum observatione subjunximus, à primo earum repertore *Galileo Galileo* compositum. Deinde cùm hæ stellulæ *perspicilli* beneficio, quod *telescopium* vocant, detectæ & observatæ fuerint, postremò adjecimus *Johannis Kepleri Dioptricen*, quæ rationem componendi hæc perspicilla continet. Vale, & nostrum tua studia promovendi desiderium boni consule.

EMINENTISSIMO

S. R. E. CARDINALI

LUDOVICO ALPHONSO

PLESSEO RICHELIO,

ARCHIEPISCOPO LUGDUN.

GALLIARUM PRIMATI,

Magno Franciæ Eleemosynario,

PETRUS GASSENDUS

ΕΥ ΔΙΑΓΕΙΝ.

SPECIMEN Tibi offero, EMINENTISSIME CARDINALIS, meæ illius obſervntiæ, quâ, quod exigendum cenſuiſti abs me, id præſtitum putes. Nimirum, cùm pro ea cura quam Regii Collegii demandatam habes, feciſſes ut me Profeſſioni Matheſeos Rex Chriſtianiſſimus deſtinaret, ipſe diu quidem multúmque abnui; ſed

evincente heinc tuâ instantiâ, heinc veneratione quâ te prosequor, adii denique quod jussisti munus. Cùm verò pro tuis aliorúmque votis à compendiosa Astronomiæ Institutione occepissem, factum est deinceps, ut conscius Librarius ejus exscriptionem variè procurari, efflagitârit illam à se mandari typis paterer: ac ipse assenserim quidem; sed eo consilio, ut qualiscunque opella hujusmodi foret, illustre tuum Nomen in fronte præferret, quò omnes intelligerent, Te esse qui ipsi occasioni fuisses.

Hoc ipsum ergò est specimen quo me obsequutum Tibi fidem facio; ídque donec præ jam diuturna invalitudine interquiesco. Quippe dudum est ex quo mea illa pectoris intemperies ità cœpit exasperari, ut ad victûs moderationem adhibere etiam ipsi deleniendæ quietem oporteat. Non possum verò interim non suavissimè recordari humanitatis illius tantæ, quâ sollicitudinem testari de mea valitudine es dignatus, & donec in Urbe adfuisti, & dum ex ipsa discessurus, cogitantem me patrium solum, commutandi

aeris

aeris gratiâ, voluisti tecum deducere, si patiens quidem itineris fuissem. Quinetiam discedens illud adjeciſti tuæ bonitatis argumentum, ut cùm Professionem non aliâ conditione demum subiissem, quàm ut liceret, quoties liberet, citra jacturam tui erga me amoris ipsi renuntiare, nè audire me quidem de renunciatione verba facientem volueris; & quòd causarer interruptionem futuram fortè longiusculam, si ob expositam mox causam in Provinciam concederem, exceperis, Te cum nemine quidem de residentia dispensare, nullíve ab officio immunitatem tribuere, sed velle nihilominus præter ordinem me habere.

Neque verò nova hæc sunt tuæ erga me benevolentiæ testimonia, quando ex quo usque tua virtus in sanctissima Eremo enituit, singulari fuisti erga me affectu; &, ritu antiquo, ex illa assumptus, ut præficereris, ac regeres Præsul Provinciæ nostræ Metropolim, tum voluisti me cunctantiorem ad te comiter evocatum; tum quantâ in me propensione fores, nullâ non feciſti occasione perspectum.

Deinceps autem aliò transſlatus, & in Purpuratum cooptatus Collegium, variíſque auctus honoribus, idem erga me perſtitiſti; neq; unquam remitti quicquam ex priſtina illa ac facillima familiaritate es paſſus; & plerumque, abſentem licèt, hærere me tamen tibi in medullis præcordiíſque ſignificâſti. Quæ commemoro quidem lubens, ut quantâ poſſum animi gratitudine inſinuem, nequicquam non eſſe quòd Te mihi pridem ſinuoſo fixi in pectore: verùm nihil jucundius eſt quàm præterea commeminiſſe, quod mihi ſemper peperit inſignem ut admirationem, ità venerationem tui.

Id autem fuit maximè ſingularis animi candor, quo, fingere neſcius, talem in proſpectu, qualem in ſeceſſu Te ſemper præbuiſti; ac, pro indole generoſa, nihil unquam præter decorum; pro antiqua fide, nihil præter fas & æquum, unquam præſtitiſti. Heinc fuit ſemper ſincera illa & ſine fuco pietas, quâ priſci ac legitimi in Deum cultûs retinentiſſimus, es ſemper omnem novitatem ſuperſtitionémque averſa-

versatus; quâque, ut patienter eos nunquam tulisti qui Religioni prætexerent fucum, sic miro ardore insectatus novos Alcibiades, non es passus illos ob sacra Mysteria pessundata abire impuné. Heinc vera germanáque illa commissi gregis sollicitudo, quâ, grassante etiam dirâ pestis lue, ipsi constanter interfuisti, ac feliciati vertisti posse animam pro eo ponere; raro in hac Dignitate exemplo, ac argumento singulari, nihil Te in speciem fictæ pietatis agere; cùm hujusmodi sanè occasione persona eripiatur, res maneat. Heinc illa infracta celsáque constantia, quâ eripi Tibi fortunæ bona passus es; ac, tum minoris illa ducens quàm ut Te amisisse quicquam tuum censeres, nè salvis quidem Tibi in alium uti voluisti juribus; tum supersesse Tibi adhuc quæ abunde essent professus, ea quæ oblata subindè fuere Sacerdotia amplissima cordatissimè recusâsti. Heinc illud propositi tenax honestóque incoctum pectus, quo, seu in Collegio sacro considens, seu tuo, imò & toti Clero Gallicano præsidens, spectâsti

semper

ſemper quicquid dignum ſapiente bonóque fuit viro; quóque commiſſa Tibi varia titulis variis Munera, non ad gratiam unquam, ſed proprio delectu, ac prout nota Tibi fuit cujuſque induſtria, ſemper diſpensâſti.

Verùm prolixa nimis inductio, ſi proſequerer ſingula, cùm & hic locus exigat ut recenſeam potiùs eximium quo ſemper flagrâſti ingenuarum artium amorem, ac hujuſce quidem imprimis quæ in rerum cœleſtium contemplatione ſita eſt, quâque haberi dignior ingenuo homine nulla poteſt. Vix certè unquam ad te accedo, quin hiſce de rebus me aliquid roges; quin exſultes, dum novi quidpiam aut obſervando deprehenſum, aut ratiocinando deductum, inaudis. Ex quo fit ut Tibi hanc opellam tantò fidentiùs offeram, quantò de iis rebus eſt quas tibi jucundas cognitu perſpexi. Sanè & tametſi aliud nihil quàm rudimenta artis contineat, nihilo tamen minùs Tibi futuram eſſe gratam conjicio, quòd ipſe quoque non dedigneris ad hæc interdum

dum descendere, quódque qualiscumque ea sit, mea sit, & non alio edita fine quàm quo publicè dictatam voluisti; ut nempe, si quid genii habeat, sortísque adeò felicis sit, prodesse quamplurimis possit. Quippe licèt non pauci exstent hoc de argumento & libri & commentarii doctissimi, non desunt tamen qui præterea informationem quandam requirant, quæ aliquantò accommodatior nondum initiatis ac rudioribus, neque brevitate obscura, neque prolixitate importuna sit, & capita scientiæ præcipua non discutiat quidem, sed attingat tamen.

Non is verò propterea sum qui ejusmodi hanc esse profitear. Testor solùm pronum affectum, quo gratificari discentibus volui; dum, nè aut multitudine aut caligine rerum obruerentur, in eo fui, ut concisè quidem, sed quàm tamen potui perspicuè, omnia enunciarem. Feci autem non modò quod spectat ad Ptolemaicum Systema, vulgarémve Hypothesin, cujus tum Sphæricam Doctrinam, tum Planetarem Theoriam duobus Libris complexus sum;

sum; sed etiam quod spectat ad Systemata, Hypotheseísve minùs vulgareis tam Copernici quàm Tychonis, quas singulari Libro exposui, votis eorum facturus satìs qui me impensè de iis rogârant, expetierántque ut congererem, ac meo modo dicerem, quæ aut diffusiùs aut confusiùs ab aliis tradi existimarent. Et quippiámne præstiterim quale ab ipsis fuerat præsumptum, ipsi viderint dixerintque: mihi satìs est si Tibi uni prober, & fuisse ex hac opella agnoscar, ut Tibi obsequentissimus, ita observantissimus Tui. Vive, EMINENTISSIME CARDINALIS, magno Ecclesiæ bono, ac VALE. Parisiis, Eidib. Julii M. DC. XLVII.

LIBRO-

LIBRORUM ET CAPITUM *INDEX.*

LIBER PRIMUS.

De Doctrina Sphærica.

Cap. I. *Quid Sphæra sit, & ex quibus constet.* pag. 7.

Cap. II. *De vocato Cœlesti Globo, quatenus idem cum Sphæra est.* 10

Cap. III. *De repræsentata in medio Sphæræ Terra.* 12

Cap. IV. *De Axe & Polis, qui dicuntur Mundi.* 13

Cap. V. *De Circulis Sphæræ, ac primùm de Horizonte.* 15

Cap. VI. *De Meridiano.* 17

Cap. VII. *De Æquatore.* 19

Cap. VIII. *De Tropicis.* 20

Cap. IX. *De Polaribus.* 21

Cap. X. *De Coluris.* 22

Cap. XI. *De Zodiaco & Ecliptica.* 23

Cap. XII. *De Signis Zodiaci.* 24

Cap. XIII. *De aliis quibusdam in Sphæra intellectis Circulis, ut qui dicuntur Verticales, Altitudinis, Distantiæ, Positionis, seu Domorum cœlestium.* 27

Cap. XIV. *De Circulis itidem aliis, ut Declinationis ac Latitudinis : ubi & de Ascensione ac Longitudine Siderum.* 31

Cap. XV. *De triplici positu Sphæræ, Recto, Obliquo, Parallelo.* 34

Cap. XVI. *De Zonis, ac ideo de Ventorum Plagis per Parallelos Sphæræ circulos designatis.* 37

Cap. XVII. *De Climatibus, déque varietate Incolarum Terræ propter Parallelos.* 41

Cap.

Cap. XVIII. *De Crepusculis quæ ad horizontem in quovis Sphæræ situ visuntur.* 43
Cap. XIX. *De Radiorum Sidereorum Refractionibus, quæ ad horizontem maximè contingunt.* 45
Cap. XX. *De Ortu Occasúque Siderum Horizontali.* 47
Cap. XXI. *De Ortu Occasúque Siderum Heliaco.* 49
Cap. XXII. *De partibus Temporis (cujus mensura est Primus Motus revolutione Sphæræ designatus) ac primum de Die.* 51
Cap. XXIII. *De Hora.* 53
Cap. XXIV. *De Hebdomade.* 54
Cap. XXV. *De Mense.* 55
Cap. XXVI. *De Anno.* 57
Cap. XXVII. *De Epochis Temporum.* 62

LIBER SECUNDUS.

De Doctrina Theorica.

Cap. I. *DE Phænomenis variis quæ Secundorum Mobiliũ Theoriæ occasionem fecerunt.* 65
Cap. II. *Varia genera Hypotheseon salvandis, sive explicandis hujusmodi Phænomenis.* 68
Cap. III. *Hypothesis Ptolemaïca, seu communis, quæ per Excentricos & Epicyclos.* 70
Cap. IV. *De Theoria Solis.* 71
Cap. V. *De Theoria Lunæ.* 80
Cap. VI. *De Theoria trium Superiorum Planetarum nempe Saturni, Jovis & Martis.* 87
Cap. VII. *De Theoria duorum inferiorum Planetarum Veneris nempe & Mercurii.* 89
Cap. VIII. *De Theoria Firmamenti & super-exstructi unius alteriúsve Crystallini.* 91
Cap. IX. *Quare Planetæ nunc Majores, nunc Minores appareant.* 93

Cap. X. *Quare nunc Veloces, nunc Tardi.* 97
Cap. XI. *Quare nunc Directi, nunc Retrogradi, nunc Stationarii.* 98
Cap. XII. *Quid Parallaxis, ob quam Planetæ altiores aut humiliores judicantur.* 101
Cap. XIII. *Quæ sit proinde singulorum, & Fixarum etiam, à Terris distantia, quisque adeò Cælorum ordo.* 103
Cap. XIV. *Quæ item eorundem & fixarum sit (sed habitis simul apparentibus diametris) vera Magnitudo.* 106
Cap. XV. *Qui Planetarum Adspectus sint.* 108
Cap. XVI. *De variis Lunæ Phasibus, pro varietate Adspectuum Configurationúmve ipsius cum Sole.* 112
Cap. XVII. *De Eclipsi Lunæ.* 116
Cap. XVIII. *De Eclipsi Solis.* 122

LIBER TERTIUS.

De specialibus Copernici & Tychonis Systematibus.

Cap. I. *Quos imitatus Copernicus in Systemate confingendo fuerit.* 126
Cap. II. *Quo proinde situ atque ordine Terram Siderá-que habuerit.* 128
Cap. III. *Cujusmodi triplicem motum Telluri attribuerit.* 132
Cap. IV. *Quamobrem de motu quietéve Telluris, aut Siderum fidendum sensui non duxerit.* 135
Cap. V. *Quæ visæ magis congruæ rationes ad adstruendum motum Telluris Diurnum.* 137
Cap. VI. *Quæ visæ magis congruæ ad asserendum Annuum.* 140

Cap. VII. *Quæ visæ demum magis congruæ ad motum Tertium inducendum.* 146
Cap. VIII. *Quid Copernicani ad ea quæ objici solent ex Astronomia respondeant.* 151
Cap. IX. *Quid ad ea quæ ex Physica.* 155
Cap. X. *Quid ad ea quæ ex S. Scriptura.* 161
Cap. XI. *Quid de Siderum à Terris distantia & magnitudine definiant.* 164
Cap. XII. *Quale Mundi Systema sit quod Tycho Brahem induxit.* 167
Cap. XIII. *Quibus rationibus adductus illud excogitaverit.* 170
Cap. XIV. *Quâ ratione id à Tychonis sectatoribus propugnetur.* 171
Cap. XV. *Quæ sit juxta ipsum Distantia & Magnitudo Siderum.* 175
Oratio Inauguralis. 179

INSTI-

INSTITUTIONIS ASTRONOMICÆ PROOEMIALIA.

QUAM Plato Astronomiam, alii pleriique Veterum etiam Astrologiam dixere. Ex quo autem Chaldæi suas nugas in Doctrinam hanc invexerunt, est ferè Astrologiæ nomen tributum Genethliacæ (quæ & Judiciaria ferè appellatur) Astronomia verò nuncupata est, quæ in contemplandis dimetiendisq; Astrorum motu, distantia, ordine, magnitudine, luce, adjunctisque cæteris consimilibus, occupatur.

Originem ipsi fecit admiratio; tum nimirum in homines præter splendorem, varietatem, multitudinem, amplitudinem Siderum, observârunt ipsis motum tam constantem, tam regularem, in incessanter diei ac noctis, æstatisque & hyemis vicissitudines inducentem.

Commendat illam summopere dignitas subjectæ materiæ; quæ non alia est quàm amplissima, no-

bilissimáque totius Mundi regio, Cœlestis nempe ac Siderea, quam homines ut contemplentur, tum obtinere oculos, tum erectos habere vultus à Sapientioribus dicuntur.

Certant de ejus Inventione & Antiquitate Babylonii, ob authorem Belum; Ægyptii, ob Mercurium; Mauri, ob Atlantem & Herculem; Græci, ob Jovem, Orpheum, & Atreum; Scythæ, ob Prometheum, &c.

Quorum supersunt Observationes, antiquissimi Babylonii sunt: Nimirum habet Ptolemæus aliquot Eclipseis ab iis observatas annis paulò plus ante Christum septingentis. Quod de ulterioribus memorant, aut nullo probatur monumento, aut fabulam sapit.

Sunt verò observationes eorum quæ in Astris apparent (ac Phænomena idcirco vocantur) germana totius Astronomiæ fundamenta; quatenus factis comparatísque Observationibus plusculis confinguntur Hypotheses, supponuntúrve circuli & orbes, juxta quos moveri Sidera probabile sit ad hoc, ut ea quæ observantur, qualia observantur appareant.

Prætereo autem subindè condi quas Tabulas vocant Astronomicas: Abacos nimirum exprimentes

menteis numeris notísve Arithmeticis ea Tempora quæ Sidera in absolvendis, juxta assumptas Hypotheseis, circuitionibus insumunt.

Prætereo & ex Tabulis Ephemeridas seu Diaria parari, quæ videlicet certis motuum atque temporum constitutis initiis, exhibeant quibus in Cœlo locis Sol, Luna, cæteráque Astra diebus singulis sint, ac inter se configurentur.

Porrò cùm Astronomia pars sit præcipua Cosmographiæ, sive delineationis Mundi, sícque nihil possit congruè de Cœlo ac Sideribus dici aut intelligi, nisi habeatur Systema Mundi generale ob oculos; ideo subjiciendum heic Schema, quo dispositio partium mundi, qualis vulgò & concipi & tradi solet, repræsentetur.

In ipso, quem Orbiculum vides intimum, Terræ & Aquæ globum refert; succedentes duo circuli Aerem & Ignem (quæ duo Elementa superiora sunt) repræsentant.


MERIDIAN'
POLVS BOREVS
ARCTICVS
SOLSTI
ÆSTIVVS
COLV
POLAPI
TROPICVS
ÆQ
TOR·RVM
HORIZON·RATIONALIS
ANTARCTICVS
POLVS AVSTRINVS

Circuli undecim sequentes Cœlos undecim mobi-
leis exhibent : septem scilicet Planetarum proprios,
dictósque Lunæ, Mercurii, Veneris, Solis, Martis,
Jovis, Saturni; unum Stellarum Inerrantium,
quod idcirco Aplanes & Firmamentum dicitur;
duos Crystallinos, ità dictos quòd, cùm sint ἄστρος,
expertes Sideribus, *speciali ratione pellucidi sint,*
ac unum denique Supremum, ipsum quoque ἄστρος,
& Primum Mobile appellatum.

Dico verò Mobileis Cœlos; quia Theologi duo-
decimum, ipsúmque Immobile, statuunt, cœlum
videlicet Empyreum, quod sit mentium beatarum
sedes, & habeatur formæ exteriùs quadratæ, quòd
civitas sancta in Apocalypsi descripta posita in
quadro *dicatur.*

Numero ordinique Cœlorum memoriâ tenendis
conferre potest hoc distichon,

Luna, & Mercurius, Venus, & Sol,
Mars, Jove, Satur,
Firmamen, duo Crystalli, Primum,
Empyreúmque.

Cùm in Mobilibus autem Cœlis duplex genera-
tim observetur motus, unus dictus Primus seu
Diurnus, omnium communis, alter Secundus, &
aliquorum aut singulorum proprius; & priori

explicando excogitata sit quam Sphæram materialem vocant, posteriori, quam Theoriam Planetarum appellitant; heinc efficitur ut duæ soleant Astronomiæ partes distingui, quarum una Doctrina Sphærica, alia Theorica nominetur.

Itaque & nos de utraque compendiò dicturi, quoniam operæ pretium est rem imprimis cognoscere juxta receptam vulgò sententiam, quæ Systema Mundi, cujusmodi est mox antè descriptum, supponit, ea propter id duobus exsequemur Libris; in quorum Primo trademus ea quæ ad Doctrinam Sphæricam, in Secundo ea quæ ad Theoricam spectant.

Subindè verò, quòd percelebria jam evaserint duo alia Systemata, unum Copernici, alterum Brahei, quorum utrumque nobileis fautores adipiscitur, ideo Tertium Librum, quasi appendicem aliquam, hisce attexemus: ut cognoscere etiam liceat quænam illa sint, & quî à Sectatoribus defendantur.

INSTI

INSTITUTIONIS ASTRONOMICÆ *LIBER PRIMUS*, SIVE DOCTRINA SPHÆRICA.

CAPUT I.

Quid Sphæra sit, & ex quibus constet.

CUM exordiendum igitur à doctrina Sphærica sit, supponendum est Sphæræ nomine intelligi heic Instrumentum illud vulgare, & mox (prout repræsentari in plano potest) exhibendum, quod ex variis circulis armillisve constans, & axe, cum globulo in medio, trajectum, usurpari solet tum Machinæ Mundi, tum cœlestibus Motibus, ac præsertim Primo seu diurno, repræsentandis.

Nam primùm quidem Globulus ille qui sustentatur in medio, Terram in centro Machinæ Mundanæ constituram refert; & trajicientis axis extrema, super quibus fit convolutio, duos referunt Polos, alterum quidem Boreum, alterum verò Austrinum vocatos, super quibus tota Machina cœlorum eo volvitur motu qui spatio horarum 24 peragitur; & ut Latinis dicitur *diurnus*, ità Græcis νυχθήμερος, quasi *nocti-dialis*, quòd diei & noctis spatium complectatur.

Ac non est quidem Sphæra contexta ex tot orbibus quot antè descripsimus cœlos: sed tota tamen cœlorum strues

COELVM EMPYREVM IMMOBILE

intelligi potest ex hac simplici circulorum compagine, quatenus ut ista movetur super polis Sphæralibus, ità illa tota unico abreptu movetur super polis Mundi.

Nimirum tametsi inferiores cœli specialeis motus obeant, quibus se in ortum veluti subducant, ídque secundùm eum circulum qui mox dicitur Zodiacus; omnes tamen impetu uno à super-exstante Primo mobili versus occasum abripiuntur, circumducuntúrque intra idem tempus, horarum nempe 24. Unde & fit ut quæ in ipsis constituta sunt Sidera, dietim oriri & occidere, seu ire rediréque appareant; & qui ipsis imprimitur, motus Raptus appellitetur.

Supponit interim hic Raptus esse debere omneis cœlos non modò perspicuos, sed etiam contiguos, solidos ac duros, & sidera ipsis hærere, ut scilicet simul possint abripi. Quod utcumque verum reipsâ non sit, admitti tamen ut Hypothesis explicandis motibus potest.

Ad circulos Sphæræ quod spectat, ii distinguuntur numero decem: & ex ipsis sex dicuntur Majores (sive Maximi) quatenus eorum quilibet Sphæram in duas parteis æqualeis dispescit, Horizon putà, ac Meridianus, intra quos immobiles reliqui volvuntur; ac præterea Æquator, Coluríque duo, & Zodiacus, seu circulus latior, secundùm cujus medium ea ducitur quæ & appellatur Ecliptica linea.

Quatuor autem dicuntur Minores, quatenus eorum quilibet Sphæram dividit in duas parteis inæqualeis, duo Tropici nempe & duo Polares; qui etiam unà cum Æquatore adeo Paralleli vocantur, quòd à se invicem undique æquidistent.

Quod obiter Zodiacum circulum esse latum dixi, supponit esse reliquos indivisibileis concipiendos: utcumque in Sphæra tales non habeantur, quòd tales parari compingíque non valeant. Concipiendos autem addo, quatenus illi non oculis, sed mente solâ percipiuntur (Horizonte tamen excepto) cùm eos in cœlo requirimus.

Et sunt alii quidem præterea in cœlo intelligendi circuli; sed de illis erit posteriùs dicendum.

Adnotandum heic, Quemvis circulum dividi solere in gradus,

gradus, seu parteis æqualeis 360. & quemlibet gradum subdivisum intelligi in 60. particulas, quas Prima Minuta, & Minuta etiam simpliciter, vocant : ac pari ratione, plerumq; quodlibet Minutum primum subdistinctum intelligi in 60. vocata Secunda ; quodlibet secundum in 60. Tertia ; & ita deinceps, si quid opus fuerit, in Quarta, Quinta, &c.

Quo modo etiam diviso die in horas 24. solet Hora subdividi in 60. Minuta prima ; quodlibet primum in 60. secunda ; quodlibet secundum in 60. tertia, &c.

CAP. II.

De vocato Cœlesti Globo, quatenus idem cum Sphæra est.

SOlent circuli Sphæræ memorati repræsentari etiam in eo qui manibus omnium vulgò teritur, appellatúrque Globus Cœlestis ; idémque adeò cum Sphæra est, si quæ sunt in Sphæra inania circulorum mobilium interstitia, opleta esse contornatáque, & illis Stellarum Imaginibus insignita intelligantur.

Scilicet aliunde superficies Globi repræsentat nobis Firmamenti faciem, prospectúmve Stellarum fixarum redactarum pridem in certas Figuras, seu Imagines, quas ἀστερισμοὺς seu Constellationes, & Signa cœlestia appellant ; quásque quia Aratus, post Eudoxum, descripsit, non desunt qui Cœlestem Globum vocitent Aratæam Sphæram.

Fuere porrò Constellationes à priscis usque temporibus distinctæ 48. comprehendentes stellas in Græcia totâque orbis terræ cognita tunc parte conspicuas. Sunt verò ex iis 12 descriptæ in Zodiaco, 21 ad Zodiaci Boream, 15 ad Austrum ejusdem : exprimíque solent his carminibus.

Insunt Signifero bis sex cœlestia Signa ;
Súntque Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libra, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.
Ad Boream verò ter septem conspiciuntur :
Ursa Minor, Major, Custos, Draco, Gemma, Genúque
Prolapsus, Lyra, Olor, Cepheus, & Cassiopeia,

Perseus

Perſeus, Andromede, Deltotum, Auriga, Caballus, Rictus Equi, Delphin, Telum, heinc Aquila, Anguifer, Anguis.

Denique, converti ter quinque notantur ad Auſtrum: Cetus, & Eridanus, Lepus, & nimbiſus Orion, Sirius, & Procyon, Argo ratis, Hyæráque, Crater, Corvus, Centaurus, Lupus, Ara, Coronáque, Piſcis.

Nuperis autem temporibus, & poſtquam navigando in Auſtrum detectæ ſunt Stellæ quæ fuerant Priſcis inconſpicuæ, diſtinctæ ſunt præterea Conſtelationes duodecim, quæ hocce diſticho continentur,

Phœnix, Grus, Indus, Xiphias, Pavo, Anſer, & Hydrus, Paſſer, Apus, Triquetrum, Muſca, Chamæque-leon.

Prætereo verò quaſdam minores Conſtellationes deſignatas in majoribus illis fuiſſe, utì Pleiadas & Hyadas in Tauro, Præſepe & Aſellos in Cancro, Capellam ac Hœdos in Auriga, &c.

Prætereo etiam aliquas ſtellas, in ipſarum Conſtellationum interſtitiis quaſi relictas, ideo informes appellari, quòd extra Formas Imaginéſve ad quas cæteræ attinent viſantur.

Prætereo demum, cùm forent pridem Stellæ potiſſimum conſpicuæ numeratæ mille & vigintiduæ, fuiſſe earum præcipuas dictas Magnitudinis eſſe Primæ, quales ſunt Sirius (dictus Canis major, & Canicula) itémque Lyra, Capella, Arcturus, & aliæ; nonnihil minores, Secundæ, quales ſunt Polaris vocata in extrema cauda Urſæ minoris, & quæ in Urſa majore appellantur Septentriones; nonnihil adhuc minores, Tertiæ; & rurſus Quartæ, Quintæ, Sextæ: adjunctis etiam aliquibus, quas & Nebuloſas, & Obſcuras dixerunt.

An adnotabo Nebuloſas, ut vocatum Præſepe Cancri, deprehenſas teleſcopio opticóve tubo, nihil eſſe aliud quàm aggeries aliquas minutiſſimarum ſtellarum, quarum conjunctæ luculæ ſpeciem alboris, ac veluti nubeculæ cuiſdam, creent?

An, deprehenſum quoque eſſe, Lacteum circulum in Globo

Globo descriptum, & veteribus habitum pro undecimo (ipsóque, Zodiaci instar, lato,) circulo, nihil esse aliud quàm texturam quandam ejusmodi nubecularum, seu ineffabilem stellularum minutissimarum congeriem, qualem jampridem Democritus apud Plutarchum conjecerat?

CAP. III.

De repræsentata in medio Sphæræ Terra.

JAM, cùm globulus qui in medio Sphæræ repræsentare Terram sit dictus, ideo sciendum imprimis est, esse Terram formæ Globosæ: neque enim montes vallésque ipsius rotunditati magìs officiunt (spectatâ nimirum ambitûs amplitudine) quàm malo arantio granulositas cutis.

Et probant quidem physici hanc rotunditatem ex coitione omnium partium, quæ ex æquo in centrum nitantur: sed Astronomi eam convincunt ex eo, quòd tendentibus in Boream Austrúmve, aliæ aliæque cœli partes heinc retegantur, indè occultentur, & Polus conspicuus evadat heinc elatior, indè depressior; quódque prout quisque est magìs ad Orientem aut Occidentem, astra videat citiùs tardiúsve oriri & occidere; atque adeò, dum Luna v.c. patitur Eclipsin, qui est orientalior plureis horas à meridie aut media nocte numeret, qui occidentalior pauciores.

Est verò nomine Globi Terræ comprehendenda simul Aqua, quatenus Aquæ & Terræ partes versus idem centrum conspirant, & maris superficies sic cum Terrestri continuatur, ut eadem quæ dicta mox sunt navigantibus in Boream Austrúmve, & rursus ad ortum occasúmve positis contingant: ac vel illud probat non esse maris superficiem planam, quòd à portu solventibus Terra sensim sic occultetur (à gibbo maris videlicet) ut nulla denique appareat. Nè memorem umbram, quæ in disco Lunæ Eclipsin patientis à Terræ & Maris superficie creatur, esse perinde circularem.

Deinde, esse Terram in centro Mundi (atque ideo centrum ipsius cum centro Mundi idem esse) probari à Physicis, ex

x receſſu omnium gravium à Mundi ſuperficie, confluxúq; ejus centrum, à quo recedere Aſcendere ſit; & in quo roinde Terra quaſi ſuis ponderibus librata teneatur. Probari verò ab Aſtronomis ex eo, quòd alioquin non appareret Mundus in duo Hemiſphæria diviſus, & ampliùs idirco aut minùs quàm ſex ſigna Zodiaci ſupra Terram conſpicerentur; quódque Eclipſes Lunæ non contingerent in oppoſitione cum Sole ex diametro facta (Terrâ ſcilicet on intercipiente;) aliáque ſimilia.

Adhæc, licèt Terra ambitu ſuo contineat leucas mediореis (ſeu qualium una ex Italicis tribus milliaribus conficir) octies mille & proximè octingentas, eſſe eam tamen, d Firmamentum dum comparatur, quaſi punctum; ídque robari, quatenus ubicumque oculus in Terra ſit, dimidium œli conſpicit, & undecumque Stellas aſpiciat, eas neq; maores neque minores deprehendit. Quinetiam dici poſſe unctum ad cœlum Solis comparatam; prout videmus umras Solis circa inſtrumentorum & horologiorum centra on minùs regulariter quàm circa Terræ centrum moveri, lanè ut ſi inter Terræ ſuperficiē & centrū nihil intereſſet.

Denique Terram in medio Mundi conſtitutam quieſcee, ex eo probari ſolere, quòd neque moveatur motu recto, quia exiret ex ipſo centro, ſícque aſcenderet, quod gravitaejus repugnat; neque circulari, quia id non poteſt, neque irca proprium neque circa alienum axem. Nam ſi movetur quidem circa proprium axem verſus ortum, exſiſtenia in aëre omnia, ut nubes & volucres, apparerent ferri n occaſum, nihílque præterea ſecundùm perpendiculum caderet; ſecùs ac fieri obſervatur. Si circa alienum, variaur nobis in Terræ ſuperficie quieſcentibus Poli altitudo; uod nuſquam contingit.

CAP. IV.

De Axe & Polis, qui dicuntur Mundi.

HIſce præmiſſis de Globulo Terram & Aquam repræſentante, dicendum quidpiam videretur de Interſtitio

quod

quod inter illum compaginémque circulorum est, qua referente Aërem & Ignem. Verùm quia seu Aër nihil aliud est quàm textura halituum, corpusculorúmve ex terra & aqua prodeuntium, & vix ad paucorum milliarium altitudinem assurgentium; seu non exstat sub Luna Ignis ille cujus crassitudo sit leucarum plusquam septuaginta millium, sed ab aëre usque crasso terrenóque succedens est ad Lunam usque purissimus æther, auráve, ut jam dicunt, ætherea; idcirco necesse non est ut quidpiam heic de Aëre Igneve illo comminiscamur.

Adnotandum est potiùs circa Axem, quo Globulus ille in medio hujusce interstitii sustentatur, non sustentari quidem similiter terram Axe ullo visibili, qui ad ipsum cœlum terminetur: sed intelligi tamen lineam individuam per ipsius ac mundi centrum transeuntem, quæ heinc indè producta ad usque Primum mobile, in ea duo puncta desinat quæ appellant Polos, seu Cardines Mundi; adeò proinde ut Poli Mundi nihil aliud sint quàm extrema Axis.

Diximus jam horum Polorum unum esse Boreum seu Septentrionalem, alium Austrinum seu Meridionalem: ille autem solet præterea dici Arcticus à vicinia Ursæ geminæ, quæ Græcis ἄρκτος, (quippe & jam diximus ab ejus vicinia reciprocè dici Polarem eam Stellam quæ in caudæ Ursæ minoris extremo est sita, ac ab ipso distat, hocce tempore, duos gradus cum tribus quintis) iste verò Antarcticus, quòd sit Arctico è regione.

Appellantur autem Poli, seu Cardines Mundi, quòd præcipua pars Mundi, cœlorum nempe Machina, super ipsis dietim vertatur (πολεῖν enim *vertere* est) & conversionem integram ab ortu in occasum perficiat. Notum est fuisse quoque Polos vertices Latinè à *vertendo* dictos; ac Poëtam propterea expressisse conspicuum nobis Arcticum, & Antarcticum inconspicuum.

Hic Vertex nobis semper sublimis; at illum
Sub pedibus Styx atra videt, Manésque profundi.

Quinetiam Poli Mundi dicuntur (ac etiam Primi Mobilis) ut distinguantur à Zodiaci Polis, super quibus scilicet

fium

fiunt converſiones propriæ Secundorum mobilium, ſive cœlorum inferiorum, (eæque tendendo ab occaſu in ortum obliquè) imprimis autem ipſius Solis, qui quòd continenter incedat per lineam dictam Eclipticam, idcirco Poli Eclipticæ & præcipui ſunt, & frequentiùs nominitantur.

Heinc Mundi quoque Axis vocatur qui terminatur ad Polos Mundi, & circa quem verti tota cœlorum Machina diurno illo motu intelligitur; cùm Axis Zodiaci ille ſit qui etiam per terram trajici intellectus, ad inferiores cœlos terminatur, & circa quem fieri concipimus propriam cujuſque converſionem. Unde & ſolent in quibuſdam Sphæris conludi tum circuli, tum portiones axium, quibus cœli & axes, Solis ac Lunæ potiſſimùm, repræſentari quadantenus poſſint.

Tametſi verò quilibet Axis per mediam trajectus terram concipiatur; quia nullus eſt tamen præter mundanum fixus, idcirco hic ſolus, quâ parte ex terra heinc indè quaſi egreditur, duo in terra deſignat puncta, quæ quòd directè ſubjiciantur cœleſtibus Polis, dicuntur ipſa quoque Poli, (ipſius terræ videlicet) & alter quidem ſimiliter Arcticus ſeu Boreus, alter Antarcticus ſeu Auſtrinus.

CAP. V.

De Horizonte.

AD Circulos quod attinet, ille Horizon dicitur qui in Sphæra extimus eſt, & cæteros ambit.

Repræſentat verò in mundo illum circulum qui, dum in planitie verſamur, oculóſque circumducimus, apparet nobis quaſi quædam cœli terræque commiſſura; ac idcirco Græcè ὁρίζων, & Latinè *Finiens*, *Finitórque* dicitur, quòd quicquid videmus ex terra definiat; & partem etiam cœli viſam à non viſa dirimat, duóque Hemiſphæria, quæ vocant Superius Inferiúſque, diſtinguat.

Is eſt ſupra quem emergentia Aſtra *oriri* dicuntur, infra quem labentia dicuntur *occidere*.

Quamvis

Quamvis autem Horizon respectu cujusque specialis terræ loci immobilis sit; universè tamen concipiendus mutabilis est, quatenus dum locum in terra mutamus, etiam Horizontem mutamus.

Potest verò Sphæræ Horizon hanc varietatem repræsentare, quatenus tametsi non moveatur ipse circa Sphæram reliquam, mobilis est tamen reliqua Sphæra intra ipsum; ac nihil interest utrius sit motus, ut eadem creari mutatio appareat.

Creatur porrò ista mutatio ob convexitatem superficiei terræ, ac illius speciatim portionis quam circumspicimus: Quippe etiam quæ libellata est, licèt plana esse ad sensum appareat, est tamen reipsâ leviter devexa; atque idcirco dum movemur, aliquid ipsius ex una parte deperditur, aliquid ex opposita refarcitur.

Quod dico verò superficiem Terræ etiam libellatam non esse planam, sed devexam, intelligitur vel ex ipso mari, quod sponte se ad libellam componens, componit se simul in orbicularem figuram; utcumque illa in parvo spatio plana sive recta ad sensum videatur, ac ea propter usurpari soleat ad libellandum, probandúmve num quæpiam area plana sit.

Ex hoc obiter intelligitur, nulla duo perpendicula esse reipsâ parallela; atque idcirco neque duos etiam vicinos parietes ad perpendiculum erectos parallelos esse, utcumq; esse ad sensum appareant; quatenus cùm omnia perpendicula in superficiem convexam cadant, coitura in centro sunt si producta intelligantur: ut perspicuè vel ex figura appositâ intelligi licet.

Quod hoc attingendum de Recto, Obliquo, Parallelo Horizonte foret, peragetur postea commodiùs.

Ad

Adnotandum heic solùm, distingui à quibusdam Horizontem duplicem, Sensibilem, ac Rationalem. Et Sensibilem quidem esse eum qui hactenus descriptus est, quatenus planities apparet; Rationalem verò eum qui appareret, si terrâ bisectâ, & altero dimidio evanido facto, è centro circumspiceretur.

Intelligi utrumque liquet ex figura appositâ, in qua circulo interiore referente terram, exteriore Cœlum, linea per centrum transiens repræsentat Rationalem, quæ superficiem contingit, Sensibilem. Ambæ autem parallelæ in cœlum usque producuntur; ut intelligamus acceptum in cœlo tantum intervallum quanta semidiameter terræ est, habitum si quasi punctum, (lineis purâ coïre visis ob immensam distantiam) sícque stellam in eodem loco visum iri, sive ex terræ superficie, sive ex ejus centro videatur.

CAP. VI.

De Meridiano.

Alius in Sphæra circulus, intra quem immotum cæteri moventur, Meridianus est: is nempe qui & Horizontem ad rectos secat angulos, & axis extrema seu Polos sustentat.

Repræsentat autem in Mundo illum circulum quem transire concipimus per Polos Mundi, perque duo puncta, horum unum vertici imminens Verticale dicitur, & voce

Arabicâ frequenter Zenith; alterum ipsi sub pedibus op positum appellatur Nadir: nè memorem hæc duo punct quasi Horizontis Polos reputari.

Is dividens Mundum in duo Hemisphæria, quorum a terum Orientale, alterum Occidentale sit, ideo Meridia nus vocatur, quòd quoties Sol ad ipsum emergit, Mer dies creetur; distans nempe tunc æquis intervallis ab or tûs & occasûs punctis: ut proinde quantum ab ortu trans actum fuerit temporis, tantum transigendum ad occasum restet.

Prætereo autem ut pars Meridiani superior diurnum tem pus in duas æqualeis parteis dividit, ità inferiorem in duas æqualeis nocturnum secare.

Quòd sit porrò in Sphæra Meridianus immotus, re præsentat quidem specialis cujusque loci Meridianum, qui ipse quoque est invariatus; verùm quia quoties seu in or tum seu in occasum deflectimus, sub novis novísque Meri dianis sumus, idcirco plureis ac varios Meridianos non repræsentat, nisi quatenus Sphæræ reliquæ emotione fit in star plurium.

In ortum verò seu occasum dico; nam si quis directe in Boream Austrúmve iter fecerit, erit illi semper idem Meridianus.

Notum est proinde, cur iis qui sub eodem sunt Meridi ano Meridies contingat eodem tempore, cùm iis qui sunt sub orientaliore contingat maturiùs, iis qui sub magis oc ciduo tardiùs; quòd Sol nimirum illis priùs, istis posteriùs Meridianum attingat.

Notandum autem, cùm Sidera ad meridianum usque ascendant, & ex eo deinceps descendant, ideo & maxi mam cujusque altitudinem dici Meridianam, & punctum illud Meridiani per quod transit dici medium cœli, respectu ipsius; utì & Imum dicitur quod illi è regione oppositum sub terra est.

Notandum etiam Elevationem sive Altitudinem Poli in unaquaque regione nihil esse aliud quàm Meridiani arcum, qui inter Horizontem Polúmque elatum intercipi tur,

tur, cujúsque complementum ad usque Zenith, sive ad quadrantem circuli, est semper æquale altitudini Æquatoris.

Sic nimirum, cùm in hac urbe Parisina, exempli causâ, Altitudo Poli sit 48. graduum & 50. minutorum; illius complementum, sive altitudo Æquatoris, 41. graduum, & minutorum 10. erit.

CAP. VII.

De Æquatore.

PORRÒ Æquator, circulorum in Sphæra Mobilium præcipuus, is est qui ab utroque Mundi Polo æquis undiq; distat intervallis.

Quare & repræsentat in cœlo illum circulum quem concipimus ab utroque polo ex æquo distare, ac Mundum in duo Hemisphæria, alterum Boreale, alterum Australe, partiri.

Dicitur verò etiam Æquinoctialis (dicunt Græci potiùs ἰσημερινὸν, sive Æquidialem) quòd Sol bis in anno, hoc est sub diem 20. Martii, & 23. Septembris, cùm secans (nempe quâ principia Signorum Arietis & Libræ sunt) duo creet Æquinoctia, exæquétve nocteis diebus, ob æqualem moram supra infráque horizontem; quatenus sectus ab horizonte Æquator in duas abit parteis, alteram superiorem, alteram inferiorem, constanter æqualeis.

Vides obiter, nomine Diei heic intelligi moram Solis supra horizontem, nomine Noctis moram infra: nempe quod vocant tam matutinum quàm vespertinum Crepusculum, computari in noctem solet.

Reticendum autem non est, esse Æquatorem præcipuam Temporis mensuram, quatenus ipse præcipuè est penès quem primi mobilis revolutio attenditur: adeò ut si integra, seu 360. graduum (cum addita particula, de qua infrà) revolutio sit, duratio sit unius diei (sumpto jam nempe

die alio sensu ;) sin partis solùm vigesimæ quartæ, sive graduum 15. duratio sit unius horæ ; atque ità de cæteris.

CAP. VIII.

De Tropicis.

EX quatuor circulis Æquatori parallelis, duo, qui hinc indè in Sphæra propiores sunt, Tropici sunt.

Repræsentant illi in cœlo duos circulos à Sole descriptos; unum cùm accessit maximè ad Boream, alterum cum discessit maximè ad Austrum : unde & propter τροπὰς *conversiones*, dicuntur τροπικοὶ, quasi *Conversorii*, quòd Sol, ubi ab Æquatore ad ipsos usque promotus est, non progrediatur ulteriùs, sed redeat versus Æquatorem.

Et circulus quidem qui ad Boream dicitur vulgò Tropicus Cancri, quòd Cancri Signum in eo incipiat ; qui verò ad Austrum, Tropicus Capricorni, quòd ab eo incipiat Signum Capricorni.

Dicitur ille præterea circulus Æstatis, quòd Sole in ipso versante Æstas incipiat ; iste circulus Hyemis, quòd Sole in ipso exsistente incipiat Hyems : intellige respectu nostrî qui ad Boream degimus.

Quinetiam ille vocari solet circulus Solstitii alti, quòd Sole ipsum occupante, summéque, nostrî respectu, alto, creetur Solstitium diei maximi ; hic circulus Solstitii imi, quòd constituto in illo Sole, & nobis quidem summè depresso, diei minimi Solstitium creetur.

Notum verò est Solstitium vocatum, quòd die (hoc est morâ Solis supra horizontem) neque increscente neque decrescente sensibiliter, Sol stare, hoc est neque in Boream Austrúmve procedere, neque versus Æquatorem recedere sensibiliter, per aliquot dies videatur.

Distantia autem Tropici utriusque ab Æquatore est graduum 23. minutor. 31. tantundem enim, & non ampliùs potest Sol ab Æquatore recedere declinaréve ; unde & eadem

adem dicitur maxima Solis Declinatio.

Et quia eademmet distantia est mensura Obliquitatis, uâ Zodiacus Eclipticáve linea sese habet ad Æquatorem; einc fit ut etiam Obliquitas Zodiaci seu Eclipticæ 23. raduum & 31. minutorum esse dicatur.

CAP. IX.

De Polaribus.

Æteri duo Paralleli, qui heinc indè ab Æquatore remotiores sunt, Polares idcirco dicuntur (ac alter quidem Boreus Arcticúsque, alter Austrinus & Antarcticus) uòd vicini sint ipsis Polis.

Repræsentant autem in cœlo duos circulos, quos utrimq; Polo vicino tantundem distare quantum Tropicos ab Æquatore concipimus, hoc est gradibus 23. & minutis 31.

Id nempe, quia Zodiacus ad Æquatorem obliquus ità tingit Tropicos, ut ipsius Poli tantum necessariò à Polis Æquatoris distent quantum Tropici ipsi ab Æquatore; aliunde concipimus circulos Polareis à Polis Zodiaci circa polos Æquatoris, seu Mundi, describi: atque ità quidem xta recentiores.

Juxta veteres, circuli Polares (seu, ut illis solùm appellabantur, Arcticus & Antarcticus) paralleli quidem Æquatori erant; verùm cùm possent paralleli innumeri intelligi ter Æquatorem & utrumque Polorum ducti, alii quidem mper apparentes circa polum elevatum, alii semper occulti circa polum depressum, cæteri unâ sui parte apparentes, aliâ occulti ob horizontis interceptionem; ideo circuorum Polarium alter habebatur maximus semper apparentum, alter maximus semper occultorum; variíque adeò pro rietate altitudinis Poli erant, tanquam alterâ parte sui ræterradentes horizontem.

Hâc ratione Parisiis circuli Polares, hoc est, tam maximus semper apparentium circa polum Boreum, quàm maximus

ximus semper occultorum circa polum Austrinum, distarent à suo uterque polo 48. gradibus & 50. minutis.

CAP. X.

De Coluris.

SEquuntur Coluri, seu duo majores ex mobilibus Sphæræ circulis, qui se invicem ad angulos rectos in polis Mundi intersecantes, mobileis alios intersecant, & in quaternas parteis æqualeis distinguunt.

Repræsentant verò in cœlo duos circulos, quos concipimus pari modo sese & alios intersecare; ac ideo putantur κόλοβοι, quasi *mutili*, appellati, quòd nunquam neque integrè neque uniformiter supra horizontem (intellige obliquum, seu in sphæra obliqua, de qua dicetur postea) apparent.

Alter porrò Æquinoctiorum, alter Solstitiorum Coluris vocatur, quòd prior per puncta æquinoctialia transeat principia nimirum Arietis ac Libræ; & posterior per solstitialia, principia nimirum Cancri & Capricorni.

Designant verò Coluri in Zodiaco quatuor appellata puncta Cardinalia: Principium nempe Arietis, in quo dum Sol est nox diei æquatur, & Ver incipit; principium Cancri, in quo dum est Sol maximus est dies, & incipit Æstas; principium Libræ, in quo dum est Sol æquatur iterum nox diei, & Autumnus incipit; principium Capricorni, in quo dum est Sol dies est minimus, & incipit Hyems. Huc spectant vulgata illa carmina,

Hæc duo Solstitium faciunt, Cancer, Capricornus;
Sed nocteis æquant Aries & Libra diebus.

Notandum autem illud proprium Coluri Solstitiorum esse, ut Zodiaci Poli in eo designentur; scilicet ad duo opposita puncta in quibus Polareis secat circulus, quæque undique à Zodiaco æqualiter distant.

CAP.

CAP. XI.

De Zodiaco & Ecliptica.

ZOdiacus demum est latus ille & mobilibus cæteris superductus circulus, qui Tropicos heinc indè attingens, Equatorem obliquè secans, duodecim Figuris notatur, ac mediâ in longum interstinguitur lineâ quæ Ecliptica dicitur, Sphærámque in Boream Austrinámque parteis discernit.

Repræsentat autem in cœlo parem circulum, latum scilicet obliquúmque, & pari modo sese habentem ad Æquatorem & Tropicos, ac similiter interstinctum lineâ vocatâ ecliptica, insignitúmque 12 Asterismis, & distinguentem similiter cœlum in duo Hemisphæria, alterum Boreale, alterum Australe.

Dicitur verò Zodiacus, quòd hujusmodi Asterismi τῶν ζῳων *Animalium* formis majori ex parte pingantur; uti & quòd tales Asterismi Signa dicantur, appellatur Signifer; cùm & à situs obliquitate non rarò vocetur circulus Obliquus.

Cæterùm latus decernitur, quòd cùm Planetæ per eum moveantur, non omnes eandem teneant viam, sed Sole quidem incedente medio, per lineam putà Eclipticam, cæteri obliquos ad hanc lineam cursus instituant, & ob vias ab ipsa duobus in locis oppositis intersectas, nunc in Boream, nunc in Austrum deflectant, isti quidem plùs, illi autem minùs; ac ideo sit congruum isti circulo tribuere latitudinem, quæ deflexiones has complectatur, exsistenteis putà heinc indè sex, septem, octo, plùs minùs, graduum.

Sed de motibus quidem Planetarum dicendum erit expressiùs in succedente Theorica parte; heic, propter illa quæ dicenda supersunt circa Sphæricam, anticipandum est aliquid necessariò de motu Solis.

Itaque cùm Sol abreptus à Mobili primo circuitum dietim ab ortu in occasum perficiat, ipse tamen interea pro-

prioſlentóque motu regreditur, tendítque in ortum (& obliquè quidem, ſecundum Zodiaci ductum) eo modo quo nauta à navi abreptus incedere contrario motu, à prora nempe in puppim, poteſt.

Lentum dico ; ſiquidem Sol nonniſi unum proximè gradum hocce ſuo motu intra unum diem, ſeu horas 24. conficit ; neque circuitum integrum, niſi intra annum, abſolvit. Unde & ſicut poteſt Formica, dum à rota abripitur, & centies pluriéſque integre circumagitur, poteſt, inquam, ipſa interim oppoſito motu incedens unam integram circuitionem peragere : ità Sol abreptus à mobili primo, trecenties ſexagies & quinquies circumagitur in occaſum, dum interim ipſe ſemel proprio motu verſus ortum revolvitur.

Hic porrò eſt motus quo per medium Zodiaci deſcribitur circulus ſeu orbita Solis, quam idcirco vocant Eclipticam lineam, quòd Luna ipſam pertranſiens, dum Soli conjungitur aut opponitur, ſui Soliſve Eclipſin pariat ; ut dicendum inferiùs eſt.

CAP. XII.

De Signis Zodiaci.

DIctum eſt jam antè Zodiaci Signa eſſe numero duodecim ; en verò quibus repræſentari characteribus ſoleant. Aries ♈, Taurus ♉, Gemini ♊, Cancer ♋, Leo ♌, Virgo ♍, Libra ♎, Scorpius ♏, Sagittarius ♐, Capricornus ♑, Aquarius ♒, Piſces ♓.

Mos eſt ut unicuique ſigno attribuantur 30. gradus (tametſi ipſi Aſteriſmi inæquales inter ſe ſint, ſeu alii breviores, alii prolixiores) totidem enim gradus prodeunt, ubi 360. dividuntur per 12.

Initium autem ducitur ab Ariete, hoc eſt à ſectione verni Æquinoctii prope quam Arietis Aſteriſmus fuit, cùm ante bis mille annos circiter excoli in Græcia Aſtronomia cœpit.

Tametſi

Tametsi enim hic Asterismus ob lentum Firmamenti mo-
m, de quo dicetur postea, exinde jam recesserit, & totus
enè transierit in locum in quo erat Asterismus Tauri; ipsi
men 30. primi gradus retinent semper nomen Arietis, utì
sequentes 30. nomen Tauri, licèt pariter Asterismus
auri locum Geminorum occupaverit; & ità de aliis.

Ex hoc autem fit, ut distinctionis gratiâ bi ter deni gradus
n Asterismi quidem, sed Signa tamen Arietis, Tauri, Ge-
inorum, &c. vocentur; & dicantur præterea Dodecate-
oria, quòd sint duodenæ Zodiaci partes.

Dicitur verò Sol, aut alius Planeta, esse in aliquo Signo,
im est sub ipso, seu cùm inter oculum nostrum ac tale Sig-
m intercipitur; Stellæ autem fixæ quæ extra Zodia-
m sunt, esse in eo Signo, seu potiùs referri ad id Signum,
cuntur, inter quod & proximum Zodiaci Polum contingit
sas intercipi.

Ex his Signis, ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍, dicuntur Borealia;
, ♎, ♐, ♑, ♒, ♓, Australia: At verò ♑, ♒, ♓, ♈, ♉, ♊,
scendentia; ♋, ♌, ♍, ♎, ♏, ♐, Descendentia.

Rursus ♈, ♉, ♊, dicuntur Verna; ♋, ♌, ♍; Æstiva;
, ♏, ♐, Autumnalia; ♑, ♒, ♓, Hyemalia.

Prima autem quæque horum ternionum, ♈, ♋, ♎, ♑,
cuntur Cardinalia, quòd Sole in eas ingrediente anni
empestates Quadrantésve incipiant; itémque Mobilia,
òd tunc fiat qualitatum mutatio: Media verò ♉, ♌, ♏,
, dicuntur Immobilia, quòd tunc tempestates quasi fixæ
ant: Extrema ♊, ♍, ♐, ♓, Communia, comparatè sci-
icet ad Mobilia & Immobilia; itémque Bicorporea, quòd
& ♓ duplicia manifestò sint, ♐ ex equo & homine con-
et, ♍ Spicam manu gestet.

Sunt & variæ præterea denominationes Signis attributæ,
aximéque ab Astrologis: nam (cætera inter) accipiendo
a ab ♈, tribus quibusque intermissis, ♈, ♌, ♐ dicuntur
gna Ignea, Calida, Cholerica; ♉, ♍, ♑ Terrea, Sicca,
elancholica; ♊, ♎, ♒, Aërea, Humida, Sanguinea;
, ♏, ♓, Aquea, Frigida, Phlegmatica: ac dicuntur adeò
, ♌, ♐, constituere Trigonum Igneum; ♉, ♍, ♑, Terre-
um; ♊, ♎, ♒, Aërium; ♋, ♏, ♓, Aqueum. Sic

Sic alia dicunt Masculina, alia Fœminina; alia Humana, alia Bruta; alia Fœcunda, alia Sterilia; alia Pulcra, alia Deformia; alia Diurna, alia Nocturna; alia Planetarum Domos, alia Exsilia; alia eorundem Exaltationes, alia Casus & alia id genus complura, quæ attingere nihil est necesse.

Adnotare præstat Solem ingredi mense quolibet in speciale Signum, ut putà Martio in ♈, Aprili in ♉, Maio in ♊, atque ità porrò, quousve Februario ingrediatur in ♓.

Ut noscatur autem quo circiter die hic ingressus fiat mense quolibet, notari carmina hæc possunt,

Livor mente latens insultat honoribus, horret
Grandia gesta, horrens insigni laude notatos.

Nimirum, si has 12. dictiones in 12. mensibus sic tribuas, ut prima Martio, secunda Aprili, tertia Maio, cæteræ cæteris ex ordine respondeant, & attendens quota in Alphabeto sit prima cujusque litera, totidem ex 30. unitates detrahas, numerus residuus indicabit diem ingressûs in Signum.

Exempli enim causâ, quia Martio dictio *Livor* respondet, & prima ejus litera L in Alphabeto decima est; subtrahe 10. ex 30. & remanentia 20. indicabunt Solem ingredi in Signum ♈ die 20. mensis Martii. Ac pari ratione litera M vocis secundæ respondentis Aprili monstrabit, 11. ex 30. detractis, Solem ingredi in ♉ die Aprilis 19. Et non secùs litera N vocis ultimæ respondentis Februario suggeret, detractis 12. ex 30, Solem in ♓ ingredi die Februarii 18. Atque ità de cæteris.

Si quæratur autem in quo proximè Zodiaci gradu sit Sol quolibet mensis cujusque die, nihil aliud oportet quàm addere ad propositum diem numerum literà designatum.

Nam si numerus quidem prodiens excedat 30. excessus (unitate additâ) indicabit gradum Signi in quod illo mense ingreditur Sol; sin verò deficiat, ipsemet indicabit gradum ejus signi in quod fuerit ingressus Sol à mense usq; antecedente.

Exempli causâ, si quæratur ubi sit Sol die Septembris 28. ad 28. adde 7. ob literam G vocis *Grandia* respondentis Septembri, in Alphabeto septimam; prodibunt 35: detrahe 30, & excessus 5. cum unitate, hoc est 6. indicabit

Solem

Holem versari in gradu 6. ♎, in quam illo mense ingredi-
tur Sol. Et si quæratur ubi sit Sol die ejusdem mensis 12.
ad 12. adde iterum 7. consurgent 19. & hic numerus in-
dicabit versari Solem in 19. gradu ♏, in quam ingressus
fuerit à mense usque superiore.

CAP. XIII.

De aliis quibusdam in Sphæra intellectis circulis, ut qui dicuntur Verticales, Altitudinis, Distantiæ, Positionis, seu Domorum cælestium.

PRæter circulos hactenus descriptos, intelligi possunt in Sphæra aut cœlesti globo (atque adeò etiam in cœlo) alii circuli, quorum crebra est apud Astronomos mentio; adeò proinde ut non sint aliqui præcipui ex iis reticendi.

Verticales itaque circuli dicuntur qui per Zenith, seu verticale punctum, & per Nadir ipsi oppositum transeunt, rectáque proinde horizontem secant. Solent autem hi circuli Arabicâ voce Azimutha dici.

Cùm hujusmodi verò circuli secare horizontem innumeri possint, ex quo à Meridiano (qui pro uno verticalium habetur) in ortum occasúmve discreditur, primarius tamen Verticalis habetur is qui transit per intersectiones Horizontis & Æquatoris.

Altitudinis circuli ii sunt qui supra horizontem ac ipsi horizonti paralleli sumuntur, sensímque decrescunt, seu semper minores minoréque sunt, quousque desinant in verticis punctum. Vocari autem & ipsi solent Arabicâ voce Almicantarath.

Mos est utrosque hos circulos in ipsis, ut vocant, Astrolabiis Planisphæriisve repræsentari: cùm & possint intelligi ex subjecto heic schemate Sphæræ dimidium (prout in plano perspici potest) repræsentante. Scilicet A B est Horizon, C Zenith, D Nadir, C A D B Meridianus: Cæteri circuli à Zenith in Nadir per denos horizontis gradus

ducti,

ducti, ipsi Verticales, ac in illis C E D Verticalis primarius; at F G, H I, & alii ad horizontem paralleli, & per denos gradus meridiani ducti, circuli sunt Altitudinis.



Distantiæ Circuli appellantur qui, ex majoribus cùm sint, transeunt per duo Sidera, quorum proinde mutua distantia nihil aliud est quàm interceptus inter ipsa arcus alicujus hujuscemodi circulorum.

Talem in schemate præmisso possumus intelligere circulum magnum K L, transeuntem per M stellam Pollucis, & N Spicam Virginis. Arcus nimirum M N, qui 90. graduum cum dodrante est, ipsa est stellarum istarum distantia.

Positio-

Positionis sive Domorum cœlestium circulos appellant
m Horizontem ac Meridianum, quàm alios quatuor cir-
los qui se invicem & cum ipsis ad communeis eorundem
eridiani ac horizontis sectiones intersecant, & sex cùm
t, ut totam Sphæram, sic universum cœlum distribuunt
duodecim parteis, quas Domos cœlesteis appellant, qua-
mque sex infra, sex supra horizontem sunt.
Prima autem habetur quæ est proximè infra horizontem
ortum, dicitúrque & Horoscopus, & domus Vitæ; Suc-
dens inferiùs dicitur domus Divitiarum; Tertia conse-
ens domus Fratrum; Quarta in imo cœli domus Paren-
n; cæteræque ex ordine, prout hisce duobus carminibus
ligitantur,

Vita, Lucrum, Fratres, Genitor, Natique, Valetud',
Uxor, Mors, Pietas, & Munia, Amici, Inimici.

Notandum autem hos Positionis sive Domorum circu-
s dividere in parteis æqualeis, juxta aliquos quidem Æ-
atorem, juxta alios Zodiacum, juxta alios Verticalem
imarium.
Intelligere rem licebit ex appposito schemate: in quo he-
isphærium orientale repræsentante A B est Horizon,
A D B Meridianus, A E B, A F B, A G B, A H B, Po-
ionum circuli; I K vel Æquator, vel Ecliptica; C D Ver-
alis primarius, designatus autem domorum ordo, infra
rizontem quidem I. II. III. supra verò X. XI. XII.
m & residuarum numerum ac seriem oporteat intelligere
hemisphærio occidentali.

Prætereo



Prætereo placere quibuſdam, Poſitionum circulos
interſecare non quâ dictum eſt, ſed in Polis Mundi; q
caſu rejecto horizonte, adhibetur ad Meridianum qu
tus. Quibuſdam in polis Zodiaci; quo caſu rejecto etia
Meridiano, adhibetur ſextus: ut domus ſemper ſint du
decim.

CA

CAP. XIV.

De *Circulis itidem aliis, ut Declinationis ac Latitudinis : ubi & de Ascensione ac Longitudine Siderum.*

PRæcipuè verò cognitu necessarii sunt, qui circuli Declinationis & Latitudinis appellantur.

Et Declinationis quidem circuli ii sunt, qui per polos Mundi ducti secant Æquatorem ad angulos rectos. Cùm vim Siderum Declinatio computetur ab Æquatore tendendo in polum Mundi alterutrum, perspicuum est Declinationem cujusque Sideris, alteriúsve cœli puncti, nihil esse aliud quàm cujusque horum circulorum arcum, qui inter Æquatorem & tale Sidus aliúdve punctum intercipitur.

Constat autem Declinationem esse proinde duplicem, aliam Borealem, aliam Australem ; prout scilicet id punctum, aut Sidus, ad Boream Austrúmve Æquatoris est.

Sic in subjuncto schemate, cùm A B sit Æquator, C Polus Mundi Boreus, D Austrinus, C A D B Colurus Solstitiorum, C E D Colurus Æquinoctiorum ; erunt tam Hi Coluri quàm Circuli C F D, C G D, C H G, C I D, Declinationum circuli ; ac Stellæ K Declinatio (& Borea itidem) erit arcus H K, Stellæ L Declinatio (& Australis itidem) arcus I L. Paríque modo punctorum Solstitialium M & N Declinatio erit, Borea quidem B M, Austrina verò A N.

Notan-



Notandum verò copulari cum Declinatione Aſcenſionem rectam : Ità ſcilicet nominant arcum Æquatoris, qui a principio ♈ ad punctum uſque quo circulus Declinationis deſignatus Æquatorem ſecat intercipitur, quatenus hujuſmodi punctum oritur aſcendítve ſimul cum deſignato cœli puncto, aut Sidere in horizonte recto. Quis autem ſit rectus, quis obliquus horizon, intelligetur ſtatim uberiùs ex inſequente capite.

Sic aſcenſio recta Stellæ K erit arcus Æquatoris E H; Stellæ L arcus E I; Initii Cancri M arcus E B, quadrans ſcilicet, ſeu 90 gradus; Initii Capricorni arcus E B, cum toto

oto reliquo hemisphærio ad usque A, dodrans scilicet, seu gradus 270.

Dicitur autem Ascensio Recta, quoniam ubi est Horizon obliquus, Ascensio quoque Obliqua est; neque illud idem Æquatoris Punctum cum designato cœli puncto Sidéreve ritur ampliùs, sed aliquod aliud prius aut posterius. Ex uo efficitur ut Æquatoris arcus hisce duobus punctis interceptus Ascensionalis differentia vocetur.

Sic in hac urbe, exempli gratiâ, differentia Ascensionalis itiorum ♋ & ♈ est 30. graduum; & quia initium ♋ poriùs initium ♈ priùs quàm punctum Ascensionis rectæ itur, fit ut Ascensio obliqua initii ♋ sit Parisiis 120. gradum, & initii ♈ 240: quod idem proportione intelligendum in Stellis est.

Latitudinis circuli ii sunt qui per Polos Zodiaci seu Eclipticæ ducti Eclipticam secant ad angulos rectos. Cùm enim derum Latitudo ab Ecliptica computetur, perspicuum est atitudinem nihil esse aliud quàm cujusque horum circurum arcum, qui inter Eclipticam & designatum Sidus liúdve cœli punctum) intercipitur.

Constat verò similiter Latitudinem esse duplicem, aliam oream, aliam Austrinam, prout Sidus ad Boream Aúmve Eclipticæ est.

Sic in præmisso schemate, cùm N M sit Ecliptica, O polis Eclipticæ Boreus, P Austrinus, O N P M idem Solstiorum Colurus; erunt tam ipse Colurus, quàm punctati Ascirculi O Q P, O R P, O S P, O T P, O V P, Latitudinis toricirculi: ac Stellæ K Latitudo (& Borea quidem) erit arcus Declik; Stellæ L Latitudo & (Australis quidem) arcus T L. tem Notandum autem copulari heic quoque cum Latitudine signongitudinem; ità enim appellant Eclipticæ arcum qui ab utem tio ♈ ad punctum usque quò circulus Latitudinis Eclubeticam secat, intercipitur.

Sic Longitudo Stellæ K erit arcus Eclipticæ S V: Stellæ oris arcus S T. Ac pari modo Solis exsistentis in principio ♋ quongitudo erit arcus S M, quadrans scilicet, seu gradus E B,

90; exsistentis in principio ♈ idem arcus, cum toto hemisphærio residuo adusque N, dodrans, scilicet, seu gradus 270.

Prætereo porrò perspicuum esse, quod Sidus est in Æquatore carere omni declinatione, & quod est in Ecliptica carere omni Latitudine; ac præterea, tam Declinationem quàm Latitudinem non posse excedere gradus 90, sive quadrantem circuli, quòd utraque terminetur hinc indè ad oppositos Polos; cùm tamen tam Ascensio recta quàm Longitudo excurrant ad usque 360, videlicet secundùm totum tam Æquatoris quàm Eclipticæ ductum, quo usque discessione factâ ab initio ♈ ad idem redeatur.

Prætereo item facilè caveri æquivocationem quâ Geographi voces Longitudinis Latitudinísque usurpant; quippe advertendum solummodo est, dum ipsi quoque in Terra Æquatorem & Meridianos, seu circulos transeunteis per Polos, designant, Longitudinem ab iis dici quam heic Ascensionem rectam dicimus, Latitudinem, quam Declinationem.

CAP. XV.

De triplici positu Sphæræ, Recto, Obliquo, Parallelo.

EXpositis hactenus Sphæræ circulis, sequitur paucis attingamus (quod jam semel ac iterum circa Horizontem insinuavimus) cujusmodi sint positus juxta quos Sphæra Recta, Obliqua, Parallela statuitur; ac potest idem proportione intelligi in ipso Mundo.

Itaque Recta dicitur Sphæra, in qua utroque polo horizonti insistente, Sidera oriuntur & occidunt rectà, sive ascendunt descendúntq; factis angulis ad horizontem rectis: unde & in tali situ Horizon Rectus dicitur.

Obliqua, in qua altero polorum supra horizontem ela-

to,

ò, altero infrà depresso, Sidera oriuntur occidúntque obliquè, sive ascendunt descendúntque factis angulis ad horizontem obliquis: unde & in tali situ Horizon dicitur Obliquus.

Parallela, in qua altero polorum constituto ad Zenith, altero ad Nadir, sidera neque oriuntur neque occidunt, neu neque ascendunt neque descendunt, sed moventur motu ad horizontem parallelo: unde & in tali situ Horizon Parallelus vocatur.

Potest triplex situs sic repræsentari.



In Sphæra Recta omnia Astra oriuntur & occidunt. In Obliqua aliqua oriuntur & occidunt; aliqua nunquam oriuntur, sed sub horizonte semper delitescunt; aliqua nunquam occidunt, sed perpetuò sunt supra horizontem. In Parallela, ut jam dictum, nulla neque oriuntur neque occidunt; sed pars semper supra, pars semper infra horizontem sunt: nisi quòd Æquatore coëunte in eundem cum Horizonte circulum, & dimidio Zodiaci semper elato, dimidio semper depresso, ea quæ percurrunt Zodiacum dimidio decursûs conspicua, dimidio inconspicua fiunt.

In Recta sunt Sphæra qui directè sub Æquatore habitant; in Parallela, qui directè sub Polis; in Obliqua, qui degunt in locis inter Æquatorem & alterutrum polum intermediis.

In Recta perpetuum æquinoctium est, seu tam dies quàm nox est semper 12. horarum; quòd Sol, ubicunque in Zodiaco sit, tantum temporis supra quantum infra horizontem moretur; utpote omnibus ejus circuitibus (sive parallelis quasi circulis) ab horizonte constanter bisectis.

In Parallela dies perseverat totos sex menseis continuos & nox etiam continuos sex; quòd Sol, ut supra Æquatorem, ità & supra horizontem totos sex menseis manet (idque dum per treis gyrando ascendit, & per treis descendit) ac infrà consimiliter.

In Obliqua, inæqualitas est dierum & noctium; quòd ab usque Æquatore versus polum elevatum arcus diurni Solaris motûs (ii nempe qui sunt supra horizontem) sint semicirculo majores, & nocturni versus depressum minores. Atque ità quidem, ut citra (v. c.) Æquatorem maximus dies, qui contingit Sole exsistente in principio ♋, evadat sensim, tendendo nos versùm, horarum 13, 14, 15. sicque heic Parisiis 16. ac porrò pergat fieri 17, 18, &c. quousque degentibus sub polari circulo (ubi ipse Tropicus ♋ est apparentium maximus, horizontémque adeò stringit) ad horarum 24. cùm & exinde procedendo mora Solis supra horizontem plurium pluriúmque dierum evadat, & fiat etiam mensis unius, & duorum, & trium, & quatuor, & quinque

inque, & sub polo denique sex. Quod eodem proportionis modo concipiendum est circa noctem, exsistente Sole ra Æquatorem.

Ubi illud est considerandum dignum, nullum esse in terra um cui intra annum integrum non sit ut diurnum, sic cturnum tempus sex mensium : quatenus in Sphæra quidem Parallela utrumque tempus est continens ; in Recta, tim per alternas vices æqualeis distribuitur ; in Obliqua, olixitas dierum & brevitas noctium per æstatem compensatur cum brevitate dierum & prolixitate noctium per hyemem. Et quot per æstatem sunt continentes ultra Polarem es, tot per hyemem sunt continentes noctes.

CAP. XVI.

e Zonis, ac ideo de Ventorum Plagis per Parallelos Sphæræ circulos designatis.

HIsce cohærens est ut dicamus de Zonis, seu ingentibus quasi fasciis, quas per descriptos Sphæræ circulos Parelos descriptas antiquissimum est in cœlo agnosci, juxta id Virgilii,

Quinque tenent cœlum Zonæ, quarum una coruſco
Semper Sole rubens, &c.

Fuere autem semper quinque habitæ : una, scilicet media, pellata Torrida, inter duos Tropicos contenta ; duæ tremæ, Frigidæ vocatæ, ac inter Polareis vicinósque Pocomprehensæ ; duæ heinc indè Temperatæ dictæ, & opicos inter Polareísque interjectæ. Ac Polybius quidem orridam in duas, Æquatore medio, distinxit ; verùm ctatoribus caruit.

Notandum verò, cùm ab usque Thalete Temperatæ & igidæ separarentur per Polareis quales sunt superiùs decipti juxta Veteres, primum memorari Posidonium qui serárit per Polareis quales in Sphæris jam habentur ; sícne eas fecerit constanteis, cùm priùs, prout varia erat Poli titudo, aut dilatarentur aut contraherentur.

Cùm ipse porrò Terræ globus cœlo subjaceat undique, idcirco sunt eædem Zonæ ipsi Terræ attributæ, juxta illud Ovidii,

Utque duæ dextrâ cœlum, totidémque sinistrâ
Parte secant Zonæ, quinta est ardentior illis;
Sic onus inclusum, &c.

Quinetiam Zonæ terrenæ sunt, quibus propriè competit ut Torrida, ac Frigidæ, Temperatæque nominentur, cùm & terrestris Torrida sit, quæ credita olim inhabitabilis fuit ob nimium fervorem ex radiis Solis ad perpendiculum immissis creatum, & Frigidæ similiter ob algorem nimium ex obliquè nimiùm appellentibus radiis. Tametsi fuere non ità pridem tam in Torrida quam in Frigidis (sed in Torrida maximè) numerosissimi incolæ reperti.

Quomodo autem terrestres Zonæ respondeant ipsis cœlestibus, videtur non incommodè intelligi ex sequente Figura.

Cæterùm



Cæterùm, ſi quem interiorem circulum repræſentare Ter-
m vides, quaſi Horizontem cujuſlibet regionis habeas,
præter punctum B, quo interſecatur à Meridiano ad Bo-
am, & punctum A, quo ad Auſtrum, adnotes decem alia
ncta, quinque videlicet ad ortum & quinque ad occa-
m, ut putà C D, E F, G H, I K, L M, quibus interſeca-
r ab Æquinoctiali, Tropicis & Polaribus, ac tum ex his
odecim punctis flare concipias totidem ventos verſus
nctum N, horizontis umbilicum, ipſiúſve ſpectatoris
cum; intelligere exinde licebit quomodo Antiqui plagas
eli determinârint, ex quibus venti adventarent (niſi quòd

puncta designata à circulis Polaribus fuere primitus propter causam jam declaratam inconstantia.)

Nimirum à puncto B flantem dixere Ἀπαρκτίαν, *Septentrionem*; à puncto A, Νότον, *Austrum*; à puncto C, Ἀπηλιώτην, *Subsolanum*; à puncto D, Ζέφυρον, *Favonium*; à puncto E, Βορέαν, Καικίαν, *Aquilonem*; à puncto F, Ἀργέστην, Σκίρωνα, Ὀλυμπίαν, Ἑλλησποντίαν, *Caurum*, seu *Corum*; à puncto G, Εὖρον, *Vulturnum*; à puncto H, Λίβα, *Africum*; à puncto I, Μέσην, quibusdam *Boream*, quibusdam *Aquilonem*, quibusdam *Cæciam*; à puncto K, Θρασκίαν, aliquibus *Corum*; à puncto L, Φοινικίαν, Εὐρόνοτον, aliquibus *Vulturnum*; à puncto M, Λιβόνοτον, *Altanum*.

Prætereo autem ut recentiores, ac Nautæ præsertim, distinguere soliti ventos numero 32. (horizonte nempe in parteis 32 æqualeis diviso) non alia curent ex his punctis quàm quatuor Cardinalia, B, A, C, D, nominando Ventos qui ab ipsis flant, in mari quidem Mediterraneo, *Tramontana*, *Ostro*, *Levante*, *Ponente*; in Oceano verò, *Nord*, *Sud*, *Est*, *Oueſt*: & flanteis à punctis inter ipsa mediis, in Mediterraneo quidem, *Græco*, *Maestro*, *Sirocco*, *Garbino* (aliàs *Lebechio*;) in Oceano verò, *Nord-est*, *Nord-oueſt*, *Sud-est*, *Sud-oueſt*: ac flanteis rursus à punctis intermediis, compositis vocibus, *Tramontana-Græco*, *Tramontana-Maestro*, *&c.* *Nord-nord-est*, *Nord-nord-oueſt*, *&c.* incipiendo semper ab iis qui flant à punctis Cardinalibus: flanteis denique à punctis iterum intermediis, per quadranteis octantium, hoc modo, *Quarta di Tramontana-Græco*, *Quarta di Tramontana-maestro*, *quarta di Græco-tramontana*, *&c.* *Nord-gen-esten*, *Nord-gen-oueſten*, *Nord-est-gen-norden*, *&c.* incipiendo semper ab iis qui flant ab octo primariis punctis.

CAP.

CAP. XVII.

De Climatibus, déque varietate Incolarum Terræ propter Parallelos.

CUM Zonarum porrò distinctio antiquis non sufficeret ut varietatem situs regionum citra Æquatorem otarent, idcirco adhibendos esse plureis parallelos censuerunt, quibus quædam veluti Zonæ minores subdistingueren-r, eæque vocatæ Climata, quasi dicas Inclinamenta, sive eflexiones à Sphæræ rectæ situ.

Cùm unumquodque autem Clima ità limitarent duobus rallelis, initio ab Æquatore ducto, ut in remotiore ab quatore maximus anni dies esset horæ dimidio quàm in eviore prolixior, non habuere tamen rationem primi limatis, in cujus altero extremo maximus dies esset hora-m 12. cum semisse, quasi illud foret prorsus inhabitale; verùm habuere quasi primum illum in cujus altero xtremo dies maximus foret tredecim horarum, quasi illeic orrida Zona propiùs accedens ad Temperatam habitari ciperet.

Non fuere verò soliti distinguere plura Climata quàm ptem, quòd ea abunde regiones omneis tum notas comehenderent: indigitârunt autem illa nuncupationibus lorum quorundam celebrium, quæ in singulis comprehenbantur; appellârúntque adeò ipsa, διὰ Μερόης, διὰ Συ-νης, &c. hoc est, quasi transeuntia per Meroen, per Sye-m, per Alexandriam, per Rhodum, per Romam, per ontum, per Borysthenem.

At recentiores, ob Terram jam longè latéque cognitam, stinguunt illa 24. ob 24. horarum semisseis, seu 12. horas, uibus dies maximus increscit ab usque Æquatore ad usque rculum Polarem, in quo climata desinunt, die maximo cedente modum.

Prætereo autem unumquodque Clima ità distingui soli-m, interducto alio parallelo, in duas parteis, sive Zonas

adhuc

adhuc minores, ut in alterius cujusque extremis discrimen diei maximæ sit unius quadrantis horæ. Taleis porrò Zonulas, sive semisseis Climatum, nuncupavere (speciali vocis usurpatione) Parallelos; quos proinde constat distingui jam posse 48.

Hâc ratione, cùm in hac urbe v. c. dies maximus sit horarum 16. patet quorsum dici possit constituta urbs in fine octavi Climatis, ac simul in fine Paralleli decimi-sexti.

Quanquam non designant jam ampliùs Astronomi loca per Climata & Parallelos, sed per polareis Elevationes; aut etiam (Geographorum more) per ipsas locorum Latitudines, distantiásve ab Æquatore.

Addendum verò, si Parallelos quotlibet distinctos in Sphæra concipias, tum concipi quemadmodum singuli Incolarum terræ suos habeant quos dicunt Περιοίκους, quasi dicas *Circumcolas*, Ἀντίκους, quasi *Adversicolas*, & Ἀντίποδας, quasi *opposita habenteis vestigia*, seu Ἀντίχθονας, quasi *Incolas oppositæ terræ*; nisi quòd degentes directè sub polis (quòd in parallelo nullo sint) Antipodas solùm seu Antichthonas habent.

Nam alioquin Periœci quidem invicem dicuntur qui sub eodem sunt Parallelo; sed speciatim tamen qui ad parteis meridiani oppositas, hoc est in diversis à Polo ad polum semissibus. Antœci, qui sub parallelis cis ac ultra æquatorem æquè dissitis, sed ad eandem partem meridiani acceptis. Antipodes Antichthonésve, qui sub æquidistantibus quidem utrimq; ab Æquatore, sed ad parteis tamen meridiani oppositas sitis.

Notum verò est pro hac sitûs incolarum diversitate, eam varietatem dierum noctiúmque & tempestatum contingere, ut Periœcis quidem sint diversis temporibus dies & nox, sed iisdem æstas ac hyems; Antœcis verò dies & nox iidem, sed æstas ac hyems diversis; Antipodibus denique diversis omnino tam dies & nox, quàm æstas & hyems.

Addendum quoque Incolas Parallelorum omnium intra Tropicos contentorum appellari solitos Ἀμφισκίους, quasi

utram-

tramque umbram habenteis (meridianam videlicet) qua-
enus Sole exsistente ad Boream, umbram habent versam
d Austrum, & exsistente ad Austrum, habent versam ad
oream. Incolas verò à Tropicis inclusivè ad usque Po-
ireis Ἑτεροσκίους, quasi *habenteis alteram solùm umbram*,
ut nos habemus ad Boream;) húcque adeò spectare quod
abet Lucanus de Arabibus intra Torridam degentibus, &
d Temperatam appulsis,

Ignotum vobis, Arabes, veniſtis in orbem,
Umbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.

ncolas demum à Polaribus adusque Polos inclusivè
ετεροσκίους, quasi, Sole non occidente, *umbram habenteis*
rcum-actam per omneis plagas horizontis. Dico Sole non
ccidente, quoniam cùm, exceptis iis qui sub polis sunt,
ol interdum cæteris & oriatur & occidat, ii possunt illo
empore in Heteroscíis haberi.

CAP. XVIII.

De Crepusculis quæ ad horizontem in quovis Sphæræ situ visuntur.

QUoniam Primi mobilis motus, qui circumductione Sphæræ declaratur, Siderum ortum & occasum pro- ad horizontem refertur inducit, ideo de ortu occasúque onsequenter dicturis præmittendum est aliquid de Cre- usculis & Refractionibus ad Horizontem observatis.

Imprimis verò Crepusculum nihil est aliud quàm crepe- illa, seu quasi dubia vel media lux, quæ tam ante Solis xortum in regione orientis apparet, ac Aurora speciatim ocatur, quàm post Solis occasum in regione occidentis, Crepusculi nomen retinet.

Causa illius est Atmosphæra, seu regio vaporum quâ erra quasi circumvestitur; ea quippe productior quàm xtremum terræ conspicuum, tum citiùs manè recipit, tum riùs vespere amittit, degentis infra horizontem Solis ra-

dios,

dios, ac illos reflectens ad nos, præstat ut lucida videatur.

Nempe si nulli essent vapores, sed purissimus solùm aër, nihil planè lucis sive ante exortum sive post occasum Solem cerneremus; verùm transitus fieret ex tenebris meris ad diurnam lucem, ex diurna luce ad tenebras meras.

Observandum est autem, initium matutini & finem vespertini Crepusculi tum contingere, cùm Sol est infra horizontem octodecim plùs minùs gradibus, secundùm verticalem circulum, perpendicularitérve acceptis. Et quia quantò minùs Sol ab horizonte abest, tantò ampliùs ex Atmosphæra supra horizontem exstante illustrat, ideo tanto quoque fit crepusculum clarius.

Prætereo deductum heinc fuisse, Altitudinem Atmosphæræ supra terram esse 40 circiter Italicorum milliarium: tametsi videtur esse longè minor; quoniam prima illa ultimáque lux esse non directè à Sole, sed per reflexionem ex partibus ejusdem Atmosphæræ inferioribus factum, potest.

Adnoto potiùs Crepusculum ideo in Sphæra recta brevissimum esse, quòd in quocumque parallelo sit Sol, ascensus descensúsque ejus perpendicularis fit; & gradus illi octodecim ut in verticali, sic in parallelo proximè absumantur.

In Sphæra autem obliqua esse Crepusculum prolixius, quòd arcus paralleli inter punctum orituri occasíve Solis in uno verticali, & punctum gradûs decimi octavi in alio verticali interceptus, obliquè se habeat, sítque adeò octodecim gradibus prolixior. Unde & quia per æstatem prolixior quàm per hyemem est, fit ut crepusculum æstivum prolixius quàm hyemale sit; & in hac Urbe, exempli gratiâ, cùm per hyemem non accedat ad horas duas, accedat tamen per æstatem proximè ad quatuor.

Quinetiam observari potest, continuari in hac Urbe vespertinum crepusculum cum matutino per dies octo ante, & totidem post æstivum Solstitium; sícque nè in media quidem nocte crepusculum deficere, quòd tunc non demergatur Sol totis gradibus 18. infra horizontem, sed in ipso quidem Solstitio deficiant minuta 20.

Nihil

Nihil autem est opus admonere Crepusculum iri continuum per dies tantò plureis, & evasurum etiam in media nocte tantò clarius quantò Sphæra fuerit obliquior, quòd sol sit tantò propiùs ab horizonte abfuturus, quousque sub ra horizontem circuitum perficiens (sub Polari nempe circulo, & ultrà) diem ut continentem, ità sine ullo crepusculo, creet.

Prætermittendum porrò non est, obliquitatem horizontis et parallelorum inæqualitatem causam fieri, ut cùm maximum Crepusculum per æstivum Solstitium sit longissimum, non sit tamen brevissimum per Solstitium hybernum; sed in ic quidem Urbe brevissimum sit sub diem primum Martii, sub duodecimum Octobris.

In Sphæra demum Parallela esse continuum Crepuscum per dies proximè 52. quòd Sol aut descendens non ciùs, aut ascendens non tardiùs ab horizonte absit 18. gradibus secundùm verticalem acceptis.

CAP. XIX.

De Radiorum Sidereorum Refractionibus, quæ ad horizontem maximè contingunt.

AD Refractiones quod attinet, cùm notum sit radios transeunteis obliquè ex medio rariore in densius refringi, & versus eum radium qui perpendicularis habetur reflecti, (veluti ex oppositio transeuntes ex densiore in rarius refringuntur, & abeunt ab eodem perpendiculari) ea proper & Solis & cæterorum Siderum radii, dum ex purissimo æthere in jam memoratam Atmosphæram incidunt obliquè, ac transituri per ipsam sunt, refringuntur versus perpendicularem, seu versus illum radium qui dirigitur ex cole versus centrum terræ, quod idem cum centro Atmosphæræ est.

Et quia tendentes versum nos radii sunt tum maximè versus perpendicularem obliqui, cùm Sidus est in horizonte;

te; idcirco tum fit maxima refractio: eáque evadit in Stellis quidem minutorum 30. in Sole autem & Luna 33 aut 34. ac deprehenditur tantò minor, quantò Sidus eve ctius est, adeò ut Stella ultra vigesimum, Sol & Luna ultra 35. aut 38. gradum altitudinis, sensibilem nullam refractio nem patiantur.

Ex illa porrò horizontali refractione efficitur ut Sol v.g in horizonte constitutus, & per radium refractum visus appareat nobis 34. aut proximè minutis altior quàm reve rà sit, & quàm appareret si sublatis vaporibus directo ra dio conspiceretur; & cùm ipsius diameter dimidii gradûs seu minutorum 30, sit, ideo possit videri totus, cùm est ta men totus reverâ infra horizontem.

Id perinde fit ac dum posito in fundo pelvis calculo, ca put ità firmas ut labium pelvis obstet nè calculum videas quem sis tamen aquâ infusâ visurus, calculo licèt oculóque immotis: Nimirum, qui radius directus desinebat pri in frontem, ità refringitur transeundo ex aqua in aërem, u allabatur oculo, calculúmque ipsi visibilem faciat.

Ex hac interim causa est, cur interdum Lunâ Eclipsi patiente propter terram ipsi Solíque interpositam, utrumq tamen Luminare supra horizontem exstans observetur; sci licet utrumque est reverâ infrà, licet propter radios refra ctos super-exstare appareat.

Ex eadem etiam, cur in Nova Zembla post noctem con tinuam duorum mensium ac semissis, Hollandi Solem re cuperârint aliquot diebus maturiùs quàm meritò exspecta retur; Atmosphærâ videlicet speciem illius evehente.

Prætereo autem obliquitatem quâ species Solis in At mosphæram respectu nostrî allabitur, causam esse quamob rem Sol horizonti vicinus, non præcisè orbicularis, sed ell pticus ovatâve specie appareat; perpendicularem nempe diametrum transversâ contractiorem habens.

CA

CAP. XX.

De Ortu Occasúque Siderum Horizontali.

IT jam de Ortu Occasúque Siderum aliquid dicamus; is distingui solet universè duplex, Astronomicus & Poëticus. Non quòd istum quoque Astronomi non cu-ant; sed quòd Poëtæ ipsum, reliquo neglecto, potissimùm urpent.

Et Astronomicus quidem Ortus Occasúsque cùm nihil iud sit quàm recta obliquáve Ascensio & Descensio penes quatorem spectata, ideo cùm jam dictum de recta obli-âque Ascensione sit, non est quorsum heic nos quicquam oretur.

Poëticus autem attenditur vel penes Horizontem, supra em emergunt aut infra quem demerguntur Sidera; vel nes Solem, à cujus radiis reliqua Sidera aut liberantur aut cultantur.

Qui porrò penes Horizontem attenditur distinguitur plex: alter scilicet Cosmicus, alter Acronychus voca-.

Cosmicus, seu quasi Mundanus, tam ortus quàm occasus ,qui spectatur propriè circa ipsum tempus exorientis Solis empe quasi tunc Mundus seu Naturæ facies instauretur.) am si quod Astrum oritur quo tempore oritur Sol, id unt Cosmicè oriri. Et si rursus quo tempore Sol oritur oc enim inculco, ut caveatur confusio) aliquod Astrum cidit, illud Cosmicè occidere dicunt.

Cosmico ortu intelligitur oriri Taurus Mense Aprili, quo li in ipso exsistenti cooritur, juxta illud Virgilii,

Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
Taurus ———

Cosmico occasu intelliguntur occidere Pleiades per ipsum tumnum, cùm oriente Sole unà cum Scorpione in quo , ipsæ in Tauro sitæ horizontem ex adverso subeunt, juxta id ejusdem,

Antè

Antè tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,
Debita quàm ſulcis committas ſemina——

Dico autem propriè; quoniam volunt etiam Coſmicè oriri & occidere (tametſi minùs propriè) quod Aſtrum oritur occidítve interdiu, ſeu donec Sol eſt ſupra horizontem.

Acronychus autem tam ortus quàm occaſus eſt qui ſpectatur propriè circa ipſum tempus occidentis Solis, ſeu initii noctis; unde factum nomen (depravatè nempe Chronicum appellant.) Nam ſi quod Aſtrum unà cum Sole occidente occidit, occaſus eſt Acronychus; & ſi quod iterum occidente Sole (hoc enim etiam heic inculco) ex adverſo oritur, Acronychus habetur ortus.

Acronycho ortu intelliguntur oriri per Autumnum Pleiades, coorientes ſcilicet Tauro in quo, ut dictum eſt, ſunt ſitæ, donec Sol in Scorpione degens ex adverſo occidit juxta illud Ovidii,

Ut careo vobis, Scythicas detruſus in oras,
Quatuor Autumnos Pleïas orta facit.

Quo loco vides obiter eundem Autumnum exprimi, à Virgilio quidem per occaſum, ab Ovidio verò per ortum earundem Pleiadum. Sed videlicet prout ille occaſum Coſmicum intelligit, Pleiades enim per illud tempus manè occidunt; iſte ortum Acronychum, eædem enim tum veſpere oriuntur.

Acronychi occaſûs rariora ſunt exempla: nam quidam volunt quidem Sagittarium intelligi occaſu hoc occidere cùm Lucanus expreſſurus crepuſculum proximè æſtivum Solſtitium ait,

——nam Sol Lædea tenebat
Sidera, vicino cùm lux altiſſima Cancro eſt,
Nox tum Theſſalicas urgebat parva Sagittas;

conſtat non poſſe Sagittarium occidere tunc, niſi Coſmicè oriente putà Sole cum Geminis, ac ſortiri duntaxat poſſe occaſum Acronychum dum Sol eſt in ipſo, ac unà cum eo occidit.

Dico verò etiam heic propriè; nam minùs propriè ap-

pella

llant etiam Acronychum ortum & occasum illum qui per ctem fit, seu Sole versante infra horizontem.

Nota proinde, posse tam ortum quàm occasum Cosmim appellari Matutinum, & tam ortum quàm occasum ronychum dici Vespertinum.

CAP. XXI.

De Ortu Occasúque Siderum Heliaco.

QUI penes Solem attenditur reliquorum Siderum Ortus & Occasus, is ab ipso Sole, qui Græcis est Ἥλιος, liacus vocitari solet.

Occidere porrò Heliacè illud Astrum dicitur quod, cùm ùs manè vesperéve conspiceretur, ob sui à Sole infra hontem versante distantiam, conspici deinceps posse desi- ob Solis viciniam, ipsiúsque Astri immersionem in So- eis radios, utpote quorum splendore quicquid circumaque est obducitur, &, ut sic dicam, evanescit.

Oriri verò illud quod, cùm priùs foret ob Solis viciniam sque radios inconspicuum, conspici deinceps manè vespe- e posse incipit, ob factam à Sole distantiam, emersionémex ejus splendore.

Causa autem cur aliqua Sidera occidant manè & orian- vespere est, quòd suo per Zodiacum seu in ortum motu ociora sint quàm Sol, sícque eum manè assequantur, & pere deserant.

Hujusmodi verò est Luna, quam constat suo in ortum tu & manè subire, & vespere exire ex radiis Solis.

Causa cur aliqua occidant vespere & oriantur manè est, od Sol suo motu per Zodiacum sit ipsis velocior, sícque suo splendore assequatur vespere, & deserat manè.

Hujusmodi verò sunt tam Stellæ Fixæ, quàm tres superis Planetæ, Saturnus, Jupiter & Mars. Celebrant autem tæ præsertim occasum ortúmque Fixarum. Sic innuit idius occasum Delphini, dum Sol Capricornum percurillo distícho,

Quem modò cœlatum ſtellis Delphina videbas,
Is fugiet viſus nocte ſequente tuos.

Sic Virgilius occaſum Canis (ſupple majoris, quem Canículam quoque & Sirium appellari jam diximus,) dum Sol verſatur ſub finem Tauri, illis verſibus,

Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
Taurus, & adverſo cedens Canis occidit Aſtro.

Utì & occaſum Heliacum Coronæ Septentrionalis, dum Coſmicus eſt Pleiadum, cujus jam meminimus, illis,

Antè tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,
Gnoſiáque ardentis decedat Stella Coronæ,
Debita quàm ſulcis, &c.

Sic innuit Ovidius Aquarii ortum, dum Sol eſt Piſceis ſubturus, illo diſticho,

Jam levis obliquâ ſubſedit Aquarius urnâ;
Proximus atherios excipe Piſcis equos.

Et nemo penè Authorum eſt qui non celebrârit Caniculæ ortum, utì & conſequentes ipſum 30. 40. aut 50 dies (Authores nempe varii ſunt) Caniculares ex eo vocatos.

Prætereo autem, num tales dies, qui numerabantur pridem à die Julii circiter 17. quo ortus Canis contingebat, numerari debeant etiamnum ab eodem, ut ſolet vulgò fieri, cùm jam ortus Canis contingat duntaxat ſub medium Auguſti.

Cæterùm Planetas dixi ſuperiores; nam duo inferiores Venus & Mercurius, aliquando oriuntur manè & occidunt veſpere, aliquando oriuntur veſpere & occidunt manè.

Cauſa eſt, quia cùm Solem circumeunt, & non ſemper in ortum curſum dirigant, ſed aliquando etiam verſus occaſum regrediantur, ut dicendum ſuo loco eſt, efficitur ut cum aliunde ſint velociores ipſo Sole, tum aſſequantur illum manè, dum ad occidente adveniunt, & veſpere eum deſerant dum procedere in orientem pergunt; tum veſpere in Solem incurrant, dum ex oriente regrediuntur, & manè ipſum deſerant, dum ire pergunt in occidentem.

CAP. XXII.

De partibus Temporis (cujus mensurâ est Primus Motus revolutione Sphæræ designatus :) ac primùm de Die.

DIctum est antè Revolutionem, seu motum Primi Mobilis, qui explicari per Sphæram solet ac penes Æquatorem præsertim spectatur, mensuram esse Temporis; quamobrem incongruum non est ut heic pauca quædam de partibus Temporis, quatenus in ejusmodi mensuram cadunt, examus.

Cùm verò Dies primùm occurrat, ut quo tempus notius non sit, notandum est diem accipi bifariam, sicuti jam antè insinuatum est; primò nempe pro durationè integræ circumductionis Solis circa Terram, & secundò pro duratione sive mora Solis supra horizontem. Priore sensu Dies Naturalem, posteriore Artificialem appellari vulgare est.

Dies Naturalis, qui etiam Νυχθήμερον, quasi *Nocthidia*, vocatur, quòd tam diem artificialem quàm etiam nocem comprehendat, aut Astronomicus est, aut Civilis.

Astronomicus est temporis spatium quo revolutio intera Æquatoris peragitur, unà cum portione ejusdem Æquatoris respondente illi Ecliptícæ portioni quam interim perrit Sol.

Nam si Sol quidem non moveretur per Eclipticam, & m eodem Æquatoris puncto quo à Meridiano v. c. discedit ad Meridianum rediret, tum integra una Æquatoris volutio præcisè mensuraret diem : At quia Sol continuò omovetur, & dietim quidem uno proximè versus ortum adu, heinc fit ut puncto Æquatoris cum quo Sol discessit Meridianum redeunte, Sol adhuc non redeat, sed cum o gradu proximè posteriùs.

Proximè, inquam : nam partim quidem propter Zodiaci liquitatem, partim ob Excentricitatem, de qua dicendum eriùs est, nunc aliquid ampliùs, nunc aliquid minùs uno

gradu addendum occurrit ; ac ex eo proinde aliqua creatur inæqualitas dierum. Nota verò obiter, cùm Sol motu mediocri percurrat diebus singulis minuta 59 $\frac{1}{8}$ ex Zodiaco, seu Ecliptica, percurrere interdum duo proximè minuta amplius, interdum duo proximè minús.

Civilis est, qui pro communi civitatis nationísve lege aut usu, quod ad sui principium finémve spectat, determinatur. Sic enim olim Babylonii diem auspicabantur ab exortu Solis, (quod etiamnum Norimbergenses faciunt ;) Judæi & Athenienses ab occasu, (quod etiamnum faciunt Itali, Austriaci, Bohemi, Silesii ;) Ægyptii à media nocte, (quod etiamnum Mysienses, imò & nos quoque ; nisi quòd videmur, utì & Germani, duplex initium facere, quatenus exactis in Meridie horis 12. ab unitate iterum inchoamus 12 resíduas ;) Umbri à meridie, (quod etiamnum Arabes & plerique alii.) Nè memorem Astronomos inchoare quoque diem à meridie ; nisi quòd Tabulæ Prutenicæ dictæ principium statuunt in media nocte.

Quæ insuper varietas sit dierum Festorum, Profestorum, Comitialium, cæterorúmque hujusmodi, infinitum sit dicere, cùm gens unaquæque suos speciatim habeat.

Circa diem Artificialem, acceptúmve pro mora Solis supra horizontem, illa debent sufficere quæ dicta sunt circa positum multiplicem Sphæræ.

Addendum heic solum dies Artificialeis inæqualiter crescere ac decrescere, ob Zodiaci obliquitatem. Siquidem circa æquinoctia crescunt ac decrescunt admodum sensibiliter, quòd arcus diurni amplificentur contrahuntúrque admodum ; circa Solstitia verò valde insensibiliter, quòd arcus diurni ferè augeantur aut minuantur nihil.

CAP

CAP. XXIII.

De Hora.

SOlet dies proximâ divisione resolvi in Horas, & proximâ compositione evadere in Hebdomadas.

Horæ vox antiqua est quidem, sed sumpta nempe pro tempestate; nam usurpata posteriùs est pro parte diei vigesima quarta: cùm priscis vix aliâ ratione divideretur dies, quàm in matutinum, meridianum, & vespertinum tempus.

Est autem genus Horarum duplex: nam aliæ æquales, aliæ inæquales dicuntur.

Hora æqualis (quæ etiam æquinoctialis dici solet) est pars diei naturalis vigesima quarta; seu id tempus quo gradus Æquatoris 15 Meridianum prætercurrunt (nisi quòd exiguum fit additamentum ob causam non multò antè memoratam.) At tale est genus Horarum quo semper usi Astronomi, quóque omnes ferè gentes jam utuntur.

Prætereo autem Astronomos talem Horam dividere in 60 scrupula, seu minuta prima, & quodlibet primum subdividere in 60 secunda, quodlibet secundum in 60 tertia, &c. ut suprà insinuatum est; Computatores verò Analeis dividere horam in 4 quadranteis, seu, ut vocant, puncta, & quodlibet punctum variè subdividere in ostenta, momenta, &c.

Hora inæqualis (quæ etiam temporaria) est pars duodecima diei artificialis, & pars item duodecima noctis; qualiter nimirum die artificiali in duodecim parteis æqualeis divisâ, & nocte consimiliter. Adeò proinde ut hora inæqualis dicatur, non comparata ad alias horas ejusdem diei, sed ad horas aliorum dierum, cùm constet horas diurnas per hyemem esse longè brevioreis horis diurnis per æstatem, & horas nocturnas per hyemem æstatémque ex opposito.

Isto horarum genere usi sunt Judæi, ut ex variis Scripturæ locis intelligitur: in quibus cùm hora prima sit ea quæ immediatè ortum Solis consequitur; tertia est ea

quam nos dicimus nonam matutinam, (intellige verò præsertim circiter ipsum Æquinoctium) sexta quam meridiem, nona quam tertiam pomeridianam, undecima, à qua supereſt unica ante occasum Solis.

Eodem genere usos esse Græcos vel ex illo intelligitur, quòd Achilles Tatius quærit explicátque, cur in ea regione diceretur Sol in æstivo Solstitio creare diem 15. horarum, in hyberno novem; cùm in mechanicis horologiis hydrologiisque dies videretur perpetuò constare ex 12. horis.

Eodem quoque usos Romanos innumera loca Authorum convincunt: cujusmodi sunt v. c. illa,

Prima salutanteis atque altera continet hora;
Exercet raucos tertia causidicos, &c.

Et, *Stertimus, indomitum quod despumare Falernum*
Sufficiat, quintâ dum linea tangitur umbrâ.

Ubi constat intelligi horam undecimam matutinam, seu unam horam ante meridiem.

CAP. XXIV.

De Hebdomade.

HEbdomadem esse dierum collectionem omnium antiquissimam, ex Sacro textu Geneseos patet.

Illâ usos fuisse ab omni memoria omneis Orientaleis propemodum constat; Occidentaleis autem duntaxat à Christiana Fide recepta. Nam Græci quidem Decade, Romani Enneade potiùs utebantur.

Indigitavere Ethnici singulos Hebdomadis dies nominibus Planetarum singulis, ac retinentur etiamnum vulgò appellationes apud nos; nisi quòd loco diei Solis diem Domini seu Dominicam dicimus, ob reverentiam ejus diei quâ Christus Dominus surrexit à mortuis; & loco diei Saturni diem Sabbati, quasi diem Quietis, ob memoriam ejus quâ Deus initio legitur quievisse ab omni opere quod perârat.

A

At cur post diem Solis sequitur dies Lunæ, post hunc dies Martis, &c. nusquam servato ordine quo se Planetæ habent in cœlo?

Id intelligendum est ex circulo, cujus circumferentiâ in septem parteis æqualeis divisâ, & ab utroque fine cujusque partis ductis lineis in punctum oppositum, triangula septem æquicrura creentur, in quorum cuspidibus Planetæ ex ordine collocentur: ut videre licet in appositio schemate.

Videlicet, si ex ♄ sequaris ductum lineæ quæ est ad læviam, incides in Solem; si ex Sole sequaris ductum alterius, incides in Lunam; si ex Luna alterius, in Martem; atque ita porrò eo ordine quo dies Hebdomadis nuncupantur.

Exinde etiam intelliges quî fiat quòd putant hunc ordinem sequi ex eo dominio quod tribuunt Planetis singulis in singulas horas. Cùm enim velint primâ diei horâ (incipiendo à meridie) dominari Planetam qui diei nomen dat, & horâ secundâ Planetam sequentem, juxta ordinem quem descendendo habent in cœlo, ac tertiâ alium, & sic deinceps, etiam redeundo ad supremum cùm ventum fuerit ad infimum, juxta vulgaria hæc carmina,

Luna, & Mercurius, Venus, & Sol, Mars, Jove, Satur,
Ordine retrogrado sibi quivis vendicat horam:

Cùm id, inquam, velint, eveniet ut attribuendo singulos Planetas horis singulis, postquam perveneris ad vigesimam quartam, sequatur pro hora vigesima quinta, hoc est prima diei insequentis, Planeta ille qui diei illi nuncupationem tribuit; ut circumeundo circulum descriptum fiet manifestum.

Cæterùm in usu Ecclesiastico dies indigitamus nomine ordinéque Feriarum, (nisi quòd loco Feriæ primæ dicimus rursus Dominicam, loco septimæ Sabbatum) quoniam initium veteris anni Ecclesiastici à Paschate fuit, & dies omnes Hebdomadis primæ Feriati fuerunt, (utcumque jam sint non ampliùs quàm tres) factúmque est indè ut sequentium quoque Hebdomadum dies, auspicio ac imitatione primariæ illius, sint Feriæ vocatæ.

CAP. XXV.

De Mense.

MEnsis est quidem propriè tempus decursûs Lunaris per Zodiacum; sed hoc nomine venit etiam tempus quo à Sole decurritur duodecima Zodiaci pars: unde alius mensis Lunaris, alius Solaris appellatur.

Lunaris autem mensis aut Periodicus, aut Synodicus est; ac sunt qui distinguant præterea mensem quem appellant Illuminationis.

Periodi-

Periodicus est temporis spatium quo Luna digressa ab
Zodiaci puncto ad idemmet redit: éstque dierum 27.
n diei proximè triente.

Synodicus, quo Luna à conjunctione cum Sole digressa
conjunctionem aliam redit: éstque dierum 29. cum diei
xìmè dimidio.

Nempe debet Luna, postquam ad punctum redierit in
fuerit Soli conjuncta, duos & ampliùs dies adhuc pro-
di, ut Solem, qui interea motum non intermiserit,
quatur.

lluminationis mensem vocant illud tempus quod fluit ex
primùm Luna apparet recens vesperì, quousque jam
as manè occultetur: éstque præter propter 26. dierum.

Solaris mensis, si assumatur medius inter excessum dese-
mque aliquantulum, est dierum 30.& horarum 10. cum
ximè semisse.

Cùm mensis porrò alius Astronomicus, alius Civilis di-
guatur, Astronomicus est propriè Lunaris, tam perio-
is quàm synodicus, synodicus verò præsertim.

Civiles autem menses sunt quibus Civitates nationésque
iæ pro institutis quæque suis utuntur; nam quibusdam
dem Lunares, quibusdam verò Solares placent.

Lunaribus usi sunt olim Judæi, Græci, Romani, alii,
untur & jam Mohammedani) sed illis nempe synodicis.
anquam quia semisses illi & alia id genus fragmenta
rum ex usu civili non sunt, idcirco familiare fuit ut men-
alternis 30 & 29 dierum haberentur, ac dicerentur
ni & Cavi.

Solaribus usi sunt Ægyptii; sed qui tamen essent omnes
rum 30. Nam confectos quidem dies quinque ex frag-
ntis illis denarum horarum rejiciebant in finem anni; &
fectas sex propè horas ex illis semissibus nullo quasi ha-
ant loco.

Dici & nos possumus uti, tametsi duodenas circuitûs
aris partes inæqualiter in eos distribuamus; & sex illas
as quarto quoque anno solùm colligamus, habeamúsque
uno die, qui inter 23. & 24. mensis Februarii inseratur.

Prætereo

Prætereo Julium Cæsarem fuisse qui annum Lunarem, Romulo usque Numâque acceptum, in Solarem commu tans,hanc mensium inæqualitatem partim retinuerit, partim fecerit, utì à Macrobio aliisque narratur.

Prætereo & varia apud varios Mensium nomina: cu sit vulgare, nostrum quidem Martium sequenteisque fuis à Romulo institutos ac nominatos, (nisi quòd post Cæsar mortem Julius dictus est pro Quintili, Augustus pro Sext li) Januarium autem Februariúmque fuisse additos s que nuncupatos à Numa: ac notum sit Græcorum mens dici Hecatombæonem, Anthesterionem, Elaphebolione &c. Judæorum Tisri, Marchesuan, Casleu, &c. Ægypti rum Thoth, Paophi, Athyr, &c. nè quid de cæteris atti gam.

Prætereo demum varias dierum partiúmque mensis nu cupationes: quod genus fuere apud Romanos Kalendæ,No næ, Eidus; apud Græcos Neomenia, Decas, Eicas, &c.

CAP. XXVI.

De Anno.

TAmetsi Annus accipiatur interdum pro tempore revo lutionis cujusque Planetæ per Zodiacum (imò & in terdum pro integra revolutione Firmamenti secundùm eun dem Zodiacum, quippe eam nonnulli Magnum Annum vocant;) nihilominus Annus propriè est id tempus quo So integre Zodiacum perlustrat.

Distingui autem solet annus in Astronomicum, ac Civi lem; & Astronomicus alius Vertens, alius Sidereus appe litari.

Vertens est, quo digressus Sol ab uno Zodiaci puncto (s Æquinoctii aut Solstitii) ad idemmet revertitur; Sidereus quo digressus à Sidere aliquo ad idemmet redit.

Et cùm Sidereus sit Vertente insensibiliter prolixior, o motum Fixarum in ortum, quem mox insinuavimus, & q

qu

inferiùs dicetur, continet Vertens dies 365. cum horis & minutis proximè 49.

Civilis est, quo Civitates nationésve pro arbitrio utuntur: vel spectando quidem solum motum Solis, vel adsciendo etiam motum Lunæ; ex quo annus alius Solaris, alius Lunaris dicitur.

Solaris aut constat perpetuò diebus 365. qualem jam innuavimus fuisse usui apud Ægyptios, constantem nimirum ex duodecim tricenûm dierum, mensibus ac diebus itemque, qui dicti sunt ἐπαγόμεναι, quasi superadjecti.

Quo loco notandum, cùm illi nihil morarentur abundantes illas quotannis horas propè sex, ideo solitum fuisse contingere ut intra annos 1640. Æquinoctia & Solstitia per singulos anni menses mensiúmque dies decurrerent; quatenus si hoc anno v. g. Æquinoctium contingat in meridie diei 20. Martii, continget post annum horâ 6. vespertinâ eodem diei, & rursus post annum in media nocte insequente, & iterum post annum horâ 6. matutinâ diei 21. & post annum denique quartum in meridie ejusdem diei 21. pari modo procedendo, post quatuor alios annos, in meridie diei 22. atque ità de cæteris.

At annus quisque ordine quartus constat diebus 366. intercalato scilicet die, quem innuimus jam confici ex illis horis propè horis asservatis. Notum autem est intercalationem fieri ut Æquinoctia & Solstitia intra eosdem menses mensiúmque dies contineantur, neque excurrant, ut dictum apud Ægyptios fieri.

Notum etiam est annum illum quartum idcirco Bissextum dici, quòd cùm intercalatio fiat, die illo inter 23. & 24. Februarii interpositâ, dicatur illo anno bis Sexto Kalendas Martii.

Horas autem propè sex dico; quandoquidem desunt 11. proximè minuta. Ex quo proinde intelligitur nimium esse quod additur quolibet anno Bissextili; ac posse idcirco Æquinoctia & Solstitia excurrere sensim non procedendo, sed retrocedendo; atque exinde evenisse, ut cùm tempore Concilii Nicæni Æquinoctium vernum contingeret circiter diem

Martii

Martii 21. deprehensum fuerit contigere Patrum nostrorum memoriâ circiter diem 11 ejusdem. Adeò proinde ut Anno Christi 1582. suppressi fuerint 10. dies, ut rediret ad 21.

Prætereo verò, quia hæc vocata Kalendarii reformatio facta est à Gregorio XIII. Pontifice Max. ideo anni formam quâ jam utimur dici Gregorianam ac novam; cum vetus illa quam Provinciæ reformatonem non amplectuntur adhuc retinent (numerantes proinde Æquinoctia, Solstitia, aliáque anni tempora totis decem diebus posteriora quàm nos) Juliana vocetur, quasi exsistens eademmet, sine ulla interruptione, quæ fuerit à Julio Cæsare instituta.

Lunaris annus est qui constat ex 12. mensibus Lunaribus synodicis, seu diebus 354, cum proximè triente, seu octo horis: sícque Solari minor est diebus ferè 11. quia quotannis adjicimus, ut Lunarem cursum ad Solarem accommodemus, ideo Epactaeis Epactásve vocamus.

Veteres, cùm Lunarem annum dierum præcisè 354. haberent, ideo reputantes deesse ad Solarem dies 11. cum quadrante, qui intra octo annos evaderent dies 90. ideo assumebant hos dies & conficiebant ex ipsis menseis (ἐμβολίμους appellitatos) sive treis, dierum tricenûm, quos pro tertium, quintum, octavum annos intercalarent, quemadmodum Græci; sive quatuor, qui essent alternis 22. & 23. dierum, quos alternis intercalarent annis, secundo, quarto, sexto, octavo, ut Romani.

Intercalabant porrò eos Romani post diem Februarii seu post Terminalia (ut minùs sit mirum fuisse idem tempus delectum ad intercalandum Bissextilen diem;) Cùm Græci potiùs intercalarent inter 5. & 6. mensis: unde quia sextus mensis erat illis Posideon, mensis intercalatus vocabatur Posideon prior. Quo modo quoque apud Judæos intercalatus ante 6, qui Adar, prior Adar appellabatur.

Nihil heic addendum de principio anni, quod constat exstitisse semper apud varias nationes varium. Nam cùm Ægyp-

ptii haberent vagum per totam anni seriem, cœpere Ju-
i Ecclesiasticum annum à mense Nisan, seu à novilunio
od fuit proximum verno Æquinoctio; & Civilem à mense
sri, seu à novilunio quod fuit proximum Æquinoctio au-
nnali. Sic cœpere Græci ab eo quod proximum Solstitio
ivo; Romani à Bruma, seu ab ipso hyberno Solstitio: nisi
od propter exspectatum à Cæsare, annum instituente, se-
ens proximè novilunium, ut in eo die Kalendas Januarii
ncipiúmve anni defigeret, evasit hocce anni principium
io nos etiamnum utimur) aliquot diebus Brumâ posterius.
alii aliis temporibus.

Nihil quoque addendum de divisione Anni in tempesta-
quatuor, aut tres, quas Ægyptii pridem habuisse legun-
(imò etiam menseis interdum) pro totidem annis: ut
nùs sit mirum quòd hominum vitam adeò longævam, seu
iorum tam numeroforum, perhibuerint.

Nihil rursus de temporibus quæ per repetitos annos men-
antur: ut Olympiade annorum 4. Lustro annorum nunc
nunc 5. Indictione 15. Periodo Metonis, seu Cyclo Lu-
i, Numeróve aureo 19. Cyclo Solari, literarúmve Do-
nicalium 28. Jubilæo 49, aut 50. Periodo Calippi 76.
culo 100. Periodo Hipparchi 304. Periodo Dionysii 532.
riodo Juliana nuper excogitata à Scaligero 7980. Anno
gno, qui non modò pro Revolutione jam memorata
mamenti, sed etiam pro Restitutione omnium rerum in
idem statum quem initio habuerint, usurpatus est, habi-
que non modò ab Astrologis 25, 36, 49 Millium anno-
n, sed ab aliis etiam ut pauciorum, ità quàm longissimè
rium.

CAP.

CAP. XXVII.

De Epochis Temporum.

NEceſſe eſt Aſtronomis, dum cœleſteis ſupputant motus, non modò certa cœli puncta, à quibus motus derum deducantur, ſupponere, verùm etiam illa quaſi gare certis momentis temporis, à quibus uſque, tanqu principiis & capitibus, ſupputatio incipiat. Hujuſmo porrò principia ſeu capita ſunt quas Epochas vocant, q ſi ſint quædam veluti fixa determinatáque & cohibi non vaga, momenta. Dicuntur verò etiam vulgò Æra non tam fortè ex uſu Hiſpanorum vetere, quàm ex ab quo ſingularis fœmineáque vox facta eſt ex plurali neut que æra: ſic enim vocabantur pridem ærei illi clavic quibus Abaci ſupputatorii erant inſtructi. Dicuntur & R dices, quòd ut plantæ radicibus, ſic temporum ſeries Ep chis increſcant.

Illuſtriſſima porrò omnium familiariſſimáque no bis Ep che eſt Nativitatis Chriſti, ſeu Kalendæ ejus Januarii que ſupponimus proximè inſequutum Nativitatem Chriſti D mini, & à quibus ad uſque Kalendas Januarias anni hu labentis dicimus fluxiſſe annos completos 1645.

Etenim tametſi nonnulli contendant natum eſſe Chriſtum non ſtatim à bruma, ſed ſub autumnale æquinoctium & ſint Chronologi eruditi qui defendant natum non modò uno, ſed etiam duobus, ſed tribus, ſed quatuor, ſed quinque annis priùs quàm hæc incipiat Epoche; ea nihilominus probari & retineri non deſinit, tum propter uſum, tum quia nihil refert ad veritatem ſupputationis circumſtantia actionis aut rei, quæ Epochæ nomen aut occaſionem dat, ſi conſtet modò de quoto abheinc anno & de quo illus momento ſit ſermo, cùm in ipſo ſupponimus Aſtrum occupâſſe punctum à quo ejus motum ſeu antecedenter ſeu conſequenter deducimus.

Conſtat interim cur hanc æram vocent vulgarem ac Dionyſianam

yſianam. Vulgarem ſcilicet appellant, ad diſcrimen ejus am reputant veram, & juxta quam nobis numerandus et hic annus non ſupra milleſimum ſexcenteſimum qua- igeſimus ſextus, ſed aut 47. aut 48. aut 49. aut 50. aut .Dionyſianam verò ob Dionyſium Abbatem, cognomen- Exiguum, qui Author illius exſtitiſſe creditur annis poſt riſtum paulò plùs quingentis: à quo uſque tempore cœ- runt anni ab ipſa Chriſti Nativitate numerari; cùm priùs ùm per Conſules, per Olympiadas, ab Urbe condita, pu- entur.

Cæterùm ut aliquas alias, quibus partim in Chronolo- partim in Aſtronomia uſus eſt, attingamus, prima in- Sacras meritò celebratur Epoche Orbis conditi; de qua umque ſit inſignis controverſia, videntur tamen illi piùs ad veritatem accedere, qui conditum mundum de- unt annis ante Chriſtem (ſeu vulgarem Chriſti Epo- n) 3950.

Prima autem inter profanas meritò habetur Epoche ympiadum; quarum initium ob inſtauratos ab Iphito ympicos Ludos pertinet ad ætatem anni ante Chriſtum 7.

Proxima illi eſt Epoche Urbis conditæ, quam communior nio eſt ſpectare ad annum ante Chriſtum 752.

Apud Aſtronomos potiſſima fuit ſemper Epoche Nabo- ſari, Babyloniorum, ut putant, Regis, ſpectans ad annum e Chriſtum 747, & ad diem quidem Februarii (tunc poſiti) 26. à quo uſque, coincidente cum prima die nſis Thot, ſupputatio fit per annos Ægyptios, quibus lemæus & alii plerique Aſtronomorum, etiam Coper- us, uſi ſunt.

Sequitur Epoche Obitûs Alexandri Magni, ad quam conſimiliter annorum Ægyptiorum uſus; pertinet au- m ad annum ante Chriſtum 324. & diem Novembris

Celebris eſt etiam ante Chriſtum Epoche Julii Cæſaris, ecedens Chriſti Epochen annis præciſè 45.

Poſt Chriſtum autem celebris fuit æra Diocletiani, ſive Martyrum

Martyrum (qui nimirum sub eo sunt passi in Regione Cop
titarum prope Nilum.) Dicitur verò etiam æra Abyssino
rum & Æthiopum, pertinens ad annum Christi 283.

Itémque Epoche Arabum, aliàs Hegiræ, seu Fugæ Mo
hammedis, pertinens ad annum Christi 622. & diem Jul
15.

Ac rursus Epoche Persarum, sive Jesdagird ultimi Per
sarum Regis, quem devicit interfecítque Othman, perti
nens ad annum Christi 631. & diem Junii 16.

Addi his potest Epoche Reformationis Kalendarii, a
qua jam ante diximus, pertinens ad annum Christi 158
& diem 5. mensis Octobris, à quo usque habito pro decim
quinto desunt deinceps ad annorum Julianorum forma
dies 10.

Prætereo id moris jam esse, ut tam ipsa Christi quàm
cæteræ Epochæ (imò & reliqua tempora) referantur ad Pe
riem annorum Periodi idcirco vocatæ Julianæ, quòd an
ex quibus componitur Juliani sint.

Illius modum ut percipias, cùm memoratus Dionysius
Exiguus ducto cyclo Solari 28 in Lunarem 19. obtinuit
Periodum annorum 532. quibus exactis isti cycli qui sim
cœpissent simul rursus inciperent, Scaliger hâc Periodo
cyclum Inductionum, videlicet 15. ductâ, Periodum (qu
est ipsa dicta Juliana) obtinuit annorum 7980, quibu
exactis tres hi Cycli qui simul inceperint, simul iterum i
cipere possint.

Et quia, ut jam in usu sunt hujusmodi cycli, (prout id
licet v. g. numeramus hoc anno ex Solari 3. ex Lunari 1
ex Indictionali 14.) fieri non potest ut inceperint incip
réve potuerint (nempe si fingamus nostri anni formam n
tro ante Christum productam) nisi ante annos 6360, e
ficitur ut cœpisse hæc Periodus intelligatur ante conditu
mundum.

Quare & extensâ Periodo, deprehendemus Epoche
Mundi incidere in annum Periodi Julianæ 764. Epoche
Nabonassari in 3967. Epochen Christi in 4714. atque i
de cæteris.

INST

INSTITUTIONIS ASTRONOMICÆ *LIBER SECUNDUS,* SIVE DOCTRINA THEORICA.

CAPUT I.

De Phænomenis variis, quæ Secundorum Mobilium Theoriæ occasionem fecerunt.

UT pars Astronomiæ de qua hactenus Sphærica doctrina dicitur à Sphæra, cujus beneficio Motus Primus explicatur; sic ista quam aggredimur appellatur Theorica, quòd per quasdam Machinus, aut orbiculareis figuras, quas Theorias vocare solent, fortè quòd quadam scrupulosiore contemplatione indigeat) Secundi Motus declarentur.

Cùm principio porrò prænoscenda sint Phænomena quædam præcipua, quibus observatis homines cœperunt sum cogitare motus alios præter primum, tum excogitare hypotheseis juxta quas ii fieri intelligerentur, ideo adnotari hæc possunt.

I. Universè circa omneis Planetas observârunt imprimis, ipsos nunc istis nunc illis horizontis locis oriri & occidere, & sub meridianum nunc altiùs in Boream, nunc humiliùs in Austrum attolli; ac utrumque quidem certas

inter metas. II. Incedere omneis nunc ocyùs, nunc segniùs. III. Aliquando majores, aliquando minores (etiam citra negotium refractionum) apparere. IV. Configurari variè tum inter se, tum etiam cum Fixis : & donec quidem conjunguntur, interdum Fixas ab iis tegi, interdum ipsos à se mutuò, sive alios ab aliis ; & non tamen pariter omneis respectu omnium Terræ incolarum.

Deinde speciatim circa ipsum Solem, I. Ubi occasum subiit, habere ipsum stellas conspicuas post se occasuras, quæ aliquot post dies ampliùs non appareant ; & oriturum habere ante se in conspicuas, quæ aliquot post dies appareant & præexoriantur. II. Tendentem Solem ab Æquinoctio Verno in Autumnale insumere dies 187, & ab Autumnali in Vernum nonnisi 178. adeò ut versetur totos novem dies in signis Boreis plùs quàm in Austrinis. III. Pati Solem Eclipsin interdum totalem, plerumque partialem ; & in Novilunio quidem duntaxat, neque tamen omni. IV. Visum esse maximam Solis Declinationem tam in Boream quàm in Austrum decrescere, neque enim tantam jam quantam olim haberi.

Circa Lunam, I. Ex quo nova apparet, ipsam sic dies tim removeri à Sole, ut magìs magísque versus stellas orientaliores semper accedat, quousque circuitum perficiat. II. Ipsam interim variis apparere Phasibus, nempe in crescendo corniculatam, semisectam, utrimque gibbosam ; & post plenum orbem decrescendo, iterum gibbosam, bisectam, corniculatam evadere. III. Eclipsin interdum pati, nunc totalem, nunc partialem, & Plenilunio quidem duntaxat ; non omni, verùm contingenti ferè post sex menseis. IV. Digredi aliquando tam in Austrum quàm in Boream, nunc nonnihil magìs, nunc nonnihil minùs quàm Solem.

Circa Mercurium ac Venerem, I. Ejusmodi Planetas esse quasi assectas Solis, neque enim ab eo discedere procul ; sed Venerem quidem vix quicquam ampliùs quàm sesqui-signo, Mercurium nè signo quidem integro. II. Ipsos aliquando antecedere, aliquando subsequi Solem. III. Esse eos interdum

Directos

Directos, hoc est, moveri in consequentia, sive secundùm se-
riem succession émve Signorum, ut ab ♈ in ♉, à ♉ in ♊;
nterdum Retrogrados, hoc est, moveri in præcedentia, sive
ontra Signorum seriem, ut ab ♈ in ♓, à ♓ in ♒; inter-
um Stationarios, hoc est apparere per aliquod tempus ne-
ue in antecedentia neque in consequentia moveri. IV. Ip-
s quoque in Austrum ac Boream digredi, nunc magis,
unc minús quàm Solem.

Circa Martem, Jovem, Saturnum, I. Non esse ipsos per-
de ac reliquos duos alligatos Soli, sed ità ab eo digredi
interdum quoque oppositi sint, seu ab eo totis sex Signis
stent. II. Fieri quidem ipsos quotannis promotiores ver-
s stellas orientaliores; verùm fieri quoque aliquando Di-
ctos, aliquando Retrogrados, aliquando Stationarios.
III. Tum constanter Retrogrados esse, ac simul celerrimos
adspectu maximos, cùm ipsi Soli opponuntur; & spa-
m retrogradationis competere ampliùs Marti quàm Jovi,
vi quàm Saturno; tempúsque è contrà retrogradationis
mpetere ampliùs Saturno quàm Jovi, Jovi quàm Marti.
. Et ipsos denique nunc magis, nunc minùs quàm So-
n digredi in Austrum ac Boream.

Circa Fixas denique, Non tueri eas semper eandem à
nctis Æquinoctialibus distantiam, sed tendere quoque
tissimè in consequentia, & (ut visum quidem aliquibus)
inæqualiter, hoc est, nunc velociùs, nunc segniùs. Nam
icam ♍, v.c. quam Timocharis non longè ab obitu A-
andri observavit præcedere punctum Æquinoctii Autu-
alis octo gradibus, observatam esse ducentis pòst annis
Hipparcho præcedere tantùm sex; & 260 pòst a Pto-
læo, non multò ampliùs gradibus tribus: nè adjiciam
tempore, seu annis 1500. pòst, observari subsequi
um idem punctum gradibus propè 19. Quo modo quo-
Stella prima Arietis, quæ Timocharidis tempore
abat solùm ab Æquinoctio Verno duobus gradibus, de-
henditur jam distare ultra gradus 28. & dictum antè
ter est stellam in extrema cauda Cynosuræ, Polarem vo-
am, distare solùm jam à Polo duobus gradibus cum

paulò ampliùs ſemiſſe, quæ tempore tamen Hipparchi diſtabat ultra 12. atque ità de cæteris.

CAP. II.

Varia genera Hypotheſeωn ſalvandis ſive explicandis hujuſmodi Phænomenis.

HÆc igitur ſunt, aliáque id genus, quæ quî fieri poſſent apparerétve, ut explicaretur, varii varia commenti ſunt.

Universè ſuppoſuerunt omnes (Pythagoras verò ac Plato imprimis) tametſi nobis cœleſtes motus inæquabileis irregulareſque appareant, debere tamen æquabileis regulareſque ſecundùm ſe eſſe (neque enim deformitatem aliquam competere poſſe corporibus cœleſtibus, immortalibus ac divinis.) Quare & quæſiere quomodo per motus circulareis æquabileſque ſalvari apparentia poſſent.

Et quia generale fuit ut id conarentur vel ex ſuppoſita quiete vel ex ſuppoſito motu Terræ, ſícque haberi poſſet duplex universè Hypotheſis, idcirco, cùm ſequente libro de poſteriore (ſeu juxta quam Terra movetur) dicendum ſit, cognoſcendum paucis heic eſt quàm multiplex facta ſit prior.

Suppoſitâ ergò Telluris quiete, Hypotheſis prima fuit Anaxagoræ, Democriti, quorundam aliorum, qui cenſuerunt Aſtra moveri liberrimis ſpatiis, ac nullas proinde esse Sphæras ſolidas quibus alligentur, nullum Primum Mobile à quo abripiantur, nullum Motum ſecundum quo ipsâ ferantur in ortum: ſed competere ſolùm ipſis motum ſimplicem in occaſum, ac illa apparere moveri in ortum quæ feruntur ſegniùs in occaſum; ſícque cùm Stellæ Fixæ ferantur omnium velociſſimè in occaſum, circuitúmque abſolvant intra horas 24, Lunam v. c. ferri omnium ſegniſſimè, non abſolventem putà circuitum niſi intra horas proximè 25, atque adeò non ipſam proprio motu moveri ve-

sus stellas orientaliores, sed deseri potiùs à Stellis magis occidentalibus: Neque rem carere exemplo in iis qui ad eandem metam inæquali cursu contendunt.

Hisce adstipulati sunt recentiorum quidam, qui & addiderunt fieri motus Siderum, ac Errantium præsertim, non directè, seu per circulos parallelos versus occasum, sed obliquè, sive per Spiras; & ex hoc esse cur ex Austro in Borem, ex Borea in Austrum sensim promoveantur.

Debuerunt autem etiam addere, Planetas cùm retrogradi v. c. apparent, debere cursum intendere, moveríve celeriùs quàm Fixas; & tunc apparere majores, quòd cursum emittant, sive propiùs Terram ferantur: aliáque id genus milia.

Altera Hypothesis eorum fuit qui censuere Astra illiata, seu quasi implantata esse Sphæris solidis, ad quarum otum circumferrentur, & unà cum ipsis abriperentur (si inferioribus quidem forent) à Mobili supremo seu primo.

Atque hi quidem propriè fuere qui invexere Secundos otus, supponentes nempe non posse uni & eidem mobili os per se motus competere; sed solùm, cùm unus per se erit, competere posse alium ex accidenti, sive ab extrinse): ut dum Nauta à prora in puppim, idque v. c. in Aum, movetur per se; nam interim ex accidenti, seu ad otum navis, movetur in partem contrariam, videlicet in ptentrionem.

Cùm ipsi porrò Sphæras totaleis singulorum Planetarum plureis Sphæras orbeísve partialeis subdistinxerint, aliqui men fecere omneis istos orbeis ὁμοκέντρους *Concentricos*, c est, idem cum ipsa Terra sive Mundo centrum habenis; aliqui verò aut ex toto aut ex parte ἐκκέντρους *Excenicos*, hoc est, centrum extra seu aliud habenteis quàm rram aut Mundum.

Hypothesis Concentricorum inducta fuit ab Eudoxo; à lippo autem & Aristotele amplificata.

Nam Eudoxus primùm, præter Sphæram Inerrantium gularem, attribuit Soli Sphæras partialeis treis, Lunæ totidem,

totidem, singulis aliorum Planetarum quatuor; & eâ quidem lege, ut suprema quæque in omnibus Planetis sequeretur motum Sphæræ Inerrantium sive primi Mobilis, (neque enim aliud ab ea agnoscebat) succedens ferretur in ortum secundùm longitudinem, tertia faceret varietatem latitudinis, quarta quibus adesset faceret libratione quadam directionem & retrogradationem. Ille proinde Sphæras Planetarum 26. numero statuit.

Calippus autem nullam quidem Sphæram adjunxit in Saturno ac Jove; sed in ipsis Marte, Venere ac Mercurio singulas, in Sole atque Luna binas. Quo consilio, reticent omnes. Ille proinde Sphæras Planetarum 33. numero fecit.

Aristoteles denique singulis Planetarum Sphæris, quæ non sequerentur motum Inerrantium, adjecit alias totidem, quas & Revolventeis vocavit, quòd cæteras revolverent, eásque Inerrantium motui conformarent (nisi quòd Lunæ, ut infimæ, nullos Revolventeis necessarios censuit.) Quare & Calippicis superaddens 22. constituit Planetarum Sphæras numero 55. & universè cœlesteis Sphæras (adjuncto primo Mobili, seu Sphærâ Inerrantium) numero 56.

Cùm dici inter cætera ex hac hypothesi non posset, quorsum Planetæ nunc majores nunc minores conspicerentur, (neque enim motu ipsorum exsistente concentrico explicares potuit per minorem majorémque à Terra distantiam) censuit qui superiore seculo revocavit Concentricos, ipsíque Circumducenteis, Circitores, Anticircitores, Contravectos appellitavit, Fracastorius, censuit, inquam, posse salvari dicendo, Planetas majoreis minoreísque apparere pro conditione partium cœli quas pervadunt, quæque refractionem, instar vitrorum variè figuratorum, sic variant, talem magnitudinis apparentis varietatem inducant.

Omitto autem ipsum multiplicâsse Sphæras Planetarum ad usque 63. attribuentem nempe Soli 4. Lunæ 7. Marti 9. Saturno 10. Mercurio, Veneri ac Jovi, singulis 11. & præter Sphæram Inerrantium, adjeciſſe 5. ad variandum ipsius motus, ac insuper Mobile primum; adeò ut ex ejus sententia sint cœlestes Sphæræ numero 70.

Hypo-

Hypotheſis Excentricorum videretur quidem referenda
ſe ad Pythagoreos: ſed quia illi eâ uſi ſunt ad motum Ter-
explicandum, idcirco quod ſpectat ad communem ſen-
ntiam, videtur omnino authores habere tum Hipparchum,
atenus illam Homocentricorum farraginem ferre non po-
it, tum Ptolemæum maximè, quatenus Planetarum
heoriam per Excentricos declaravit.

CAP. III.

ypotheſis Ptolemaica ſeu communis, quæ eſt per Ex-centricos & Epicyclos.

AC fuit quidem Ptolemæus eâ moderatione, ut contentus fuerit deſcribere Planetarum vias per circulos centricos: at quia invaleſcente opinione de ſoliditate ærarum cœleſtium, requirebatur ſolicitè quî ſtare ea-n ſoliditas cum excentricitate poſſet, ideo à 200. jam is cœpit Georgius Peurbachius taleis Sphæras exco-are.

Eſto heic Sphæra quæpiam totalis, v. c. ipſius Solis, quæ tro Mundi Terræve exſiſtenti A concentrica ſit tam ſe-dùm extimam convexámve ſuperficiem B C D E, quæ bitur à Sphæra Martis, quàm ſecundum intimam ſive cavam F G H I, quâ ambit Sphæram Veneris. Aſſu-tur punctum K, & ex ipſo, ut centro, conceptóque ali-le Sole prope extimam ſuperficiem in L, ducantur duo uli qui eum complectantur: conſtat profectò orbem to-em ſic diſcretum iri in partialeis treis, ut extimus & in-ius futuri ſint craſſitudinis inæqualis, & medius ille in-ipſos quaſi excavatus, æqualis.



Et quia iſte medius eſt deſcriptus totus (hoc eſt tam ſ
cundùm convexam quàm ſecundùm concavam ſui ſupe
ficiem) ex centro alio quàm ipſus Mundi, idcirco ipſe e
qui propriè ac ſimpliciter appellatur Excentricus ; cæt
autem duo appellantur Excentrici ſecundùm quid, quate
non niſi ſecundùm alteram ſui ſuperficiem Excentrici ſu
extimus putà ſecundùm concavam, intimus ſecundùm c
vexam.

Junctis porrò centris per lineam traductam B D, &
ctâ ipſi ad normam ac per centrum Terræ A lineâ C
tum diſtantia inter duo centra A K dici Excentricitas ſole
punctum L, quod in Excentrico remotiſſimum à Terra e
Apogeum, itémque Aux & ſumma Apſis ; punctum
qu

iod proximum, Perigeum, itémque Augis oppositum, &
ia Apsis; linea ipsa B D, vel L M, linea Apsidum; &
sa C E, vel N O, linea Mediarum longitudinum; quasi
m Sol motus per Excentricum L M N O, summè à terra
ongetur in L, minimùm in M, elongatio in N & O sit
ediocris.

Scilicet volunt Excentricum, cùm solidus sit, revolvi
lum intra illos duos orbeis inæqualeis; ac Solem ipsi illi-
tum implantatúmve unà convolvi. Vocatur autem me-
us ille qui à centro Solis describi concipitur circulus, De-
ens Solem; utì & crassorum orbium exterior, Deferens
pogeum; interior, Deferens Perigeum.

Adnota verò, solum circulum Deferentem Solem retineri
tota ista compagine à Ptolemæo, ac ipsum propriè esse
i intelligatur & vocetur Excentricus; nempe quatenus
a est Solis via, quam pari ratione habes in sequente sche-
te cum Excentricitate, & Apsidum Mediarúmque lon-
udinum lineis. Circulus autem ille exterior & concen-
cus intelligendus est repræsentare Firmamentum, aut
timum cœlum.

Esto



Esto & alia Sphæra totalis, v. c. Jovis, quà, superioris instar, distincta in orbeis treis, describatur intra crassitudinem Excentrici simpliciter circellus P Q R S. Is circellus est quem Epicyclum vocant, & quem moveri quidem volunt unà cum Excentrico secundùm ductum L N M O; sed interim tamen revolvi circa proprium centrum L, ac existentem in sui superficie Planetam circumvolvere secundùm ductum P Q R S.

Quin



Quinetiam appellant punctum ſupremum P, Apogeum
Epicycli; R infimum, Perigeum ejuſdem; puncta Q &
Elongationes maximas; & circulum illum LNMO,
in centrum Epicycli deſcribere concipitur, Deferentem
Epicycli.

Adnota heic rurſus hunc circulum eſſe quem ſolum Pto-
læus retinet, imà cum Epicyclo Planetam vehente; ut
liquidis ex hoc ſchemate, in quo iterum circulus exterior
erit Firmamentum, cœlumve ſupremum.

Præterea



Prætereo autem, quod ille censet, posse per Concentricum cum Epicyclo idem explicari quod per solum Excentricum, ac rursus per Concentricum cum duplici Epicyclo idem quod per Excentricum cum Epicyclo uno, facile e intellectu; quatenus ipsum corpus Planetæ apparet semp eandem viam circa centrum Mundi (à quo perinde nu remotiùs, nunc propiùs, nunc mediocriter distans efficitu tenere.

Enimvero ut Hypothesis juxta specialeis Planetarum F mamentíque Theorias declaretur paulò uberiùs, & q recitata Phænomena sunt explicentur distinctiùs, age gulas paucis attingamus.

CA

CAP. IV.

De Theoria Solis.

IT exordium verò ducamus à Sole, tanquam Principe ac Moderatore cæterorum Luminum, repetatur prium hujuſmodi ſchema.

Sit A centrum Terræ ſeu Mundi, ex quo deſcribatur D E, repræſentans Eclipticam in primo cœlo, (aut, ſi is, in Firmamento) ſub qua, & ſignis in ea deſcriptis, an- motu moveatur Sol. Sit autem Excentricus qui hoc



motu,

motu,& ipso quidem exsistente æquali, describitur,circula FGHI, ejúsque centrum K. Ducatur linea Apsidum qua centra connectat, B D; sítque Excentricitas A K, Apogeum F, Perigeum H, & linea mediarum longitudinum ducatu C E, transiens per centrum Mundi A.

Hoc posito,cùm Sol moveatur æquabili motu per Excen tricum,si oculus quidem noster exsisteret in centro K,obser varet haud dubiè illum moveri sub Ecliptica æquabiliter at quia videt illum ex A,ideo apparet ipsi Sol inæquabiliter moveri.

Discedat Sol (ex. gr.) ex Apogeo F,& perveniat ad L tunc oculus ex K videret illum quasi occupantem in Eclip tica locum M; at ex ipsa Terra apparet quasi occupar N. Discedat ex Perigeo H, & perveniat in O: ex K vi deretur in P; at ex A videtur in Q. & ità de cæteris locis.

Linea porrò K M,& quælibet alia procedens à centro K (ut K R, K S, &c.) in Eclipticam, vocatur linea Medii motûs; linea autem A N, & quælibet alia à centro A ducta (utì A C, A T &c.) in eandem Eclipticam, linea Appa rentis sive Veri motûs.

Nempe Medius motus appellari solet progressio Solis principio ♈, seu Verno Æquinoctio, ad usque illam pris rem lineam, ut putà arcus ♈ B M. Apparens autem & Verus,eadem progressio ad usque posteriorem hanc,ut pu arcus ♈ B N. Et tametsi proclive foret, ut motus Veri diceretur idem qui Medius; solent tamen Astronomi ea dem dicere Apparentem ac Verum: Ex eóque fit ut etia Punctum N appelletur locus Solis Verus; & punctum M locus Solis Medius.

Differentia illa inter motum Medium ac Verum, atq scilicet M N, appellari solet Æquatio, &, factà etiam p familiari voce, Prostaphæresis, quâ *Additio* simul & S *tractio* significatur, quoniam habito per observationes m tu Vero, talis differentia ipsi nunc addenda nunc detrahe da est, ut eliciatur motus Medius: addenda quidem S descendente ab Apogeo in Perigeum, quoniam Verus m

Medium sequitur; subtrahenda verò Sole ascendente Perigeo in Apogeum, quoniam Verus motus Medium tecedit. Oppositum autem faciendum est cùm, motu edio habito, inquiritur Verus.

Vides interim Sole exsistente in Apogeo aut Perigeo llam esse Prostaphæresin, quia tunc ambæ lineæ Veri ac edii motùs concurrunt; & Prostaphæresin aliunde esse aximam, Sole exsistente in alterutra Mediarum longitudi- m G aut I, ac tantò semper esse minorem, quantò propi- est Apogeo aut Perigeo.

Prætereo verò arcum interceptum inter Apogeum & um Medium Solis, idipsum esse quod vulgò vocant Ano- liam Solis Mediam (Argumentum etiam appellant;) in- ceptum autem inter Apogeum & locum Solis Verum, omaliam Veram.

Prætereo quoque tum Apogeum Solis (quod reperitur c tempore non longè ab initio septimi gradûs ♋) progre- motu admodum lento in consequentia, (annis scilicet sin- lis dodrante duntaxat unius minuti) tum ipsam Excen- citatem reputari varietati obnoxiam; adeò ut cùm jam nperiatur esse Pars semidiametri Excentrici proximè vi- ima octava, reputetur lentè & aliquò usque increscere rescéreque.

Heic Nota, cùm Ecliptica contineat 360. gradus, & Sol percurrat illum integre nisi diebus 365 & horis 5 ac nutis proximè 49. idcirco Solem singulis diebus non ficere motu Medio gradum integrum, sed solùm minuta & 8 secunda; cùm aliunde motu apparente seu Vero ficiat in Apogeo quidem 57 minuta duntaxat, & in igeo gradum unum cùm minuto uno pauculísque se- dis.

CAP.

CAP. V.

De Theoria Lunæ.

SEquitur dicamus de Theoria Lunæ, in qua, & cæteris qui ſuperſunt Planetis, attendendus eſt non modò Longitudinis ſed etiam Latitudinis motus.

De priore autem ut priùs dicamus, & craſſiores illos obeis nihil moremur; Eſto in ſequente Figura A centrum Mundi, B C D E Ecliptica, F centrum Excentrici, (quo mobile ſit circa centrum Terræ) G N M O Excentricus ipſe, A F Excentricitas, F L Excentricitas dupla, G Apogeum Excentrici, M Perigeum, G M linea Apſidum, C E vel N O linea Mediarum longitudinum, P Q R S Epicyclus Lunæ, cujus eſt G. centrum, Q aut R Luna in ſuperiori Epicycli.



Triplex heic attendendus motus. Primò Apogei in antecedentia (hoc est, à G in T V, &c.) regulariter super centro Mundi, diebus singulis graduum 11. minut. 12. ità periodus ejus absolvatur intra dies 32. hor. 3. min. fe- 5.

Secundò centri Epicycli in consequentia (hoc est, à G in Y, &c.) regulariter quoque circa centrum Mundi, die- s singulis graduum 13. min. 11. ità ut periodus ejus absol- tur diebus 27. hor. 7. min. 43. & hic propriè sit quem su- riùs diximus Periodicum mensem.

Tertiò ipsius Lunæ in Epicyclo, supernè quidem in ante- dentia (h. e. à P versus Q R) infernè verò in consequen- (h. e. ab R versus S P) regulariter circa punctum L, od opponitur Excentrici centro, diebus singulis grad. 13. n. ferè 4. ità ut periodus ejus absolvatur diebus 27. hor. . min. ferè 9.

Exsistente centro Epicycli in ipso Excentrici Apogeo G, m utrumque subest, v. c. initio ♋, in quo etiam suppo- ur versari Sol, quia linea Medii motûs Lunæ est ea quæ citur à centro Mundi per centrum Epicycli, idcirco bunt in unam linea motûs Apogei ac linea motûs Medii nò & linea quoque motûs Veri, si Luna quidem fuerit in , cùm linea Veri motûs ea sit quæ ducta à centro Mundi r ipsum corpus Lunæ transit) ac denique etiam linea Medii tûs Solis, quasi exsistentis in B. Suppono autem locum n Medii quàm Veri motûs Lunæ supputari, sicut in Sole, rincipio ♈.

Perveniat Apogeum ex G in T, facto Excentrici centro pervenerit centrum Epicycli in X; sícque erit A T li- Apogei, A α linea Medii motûs, A β linea Veri motûs: ea autem Medii motûs Solis A B erit omnino media inter as Apogei & Medii motûs Lunæ, quod licet Apogeum cedat segniùs dietim duobus circiter gradibus quàm cen- n Epicycli, Sol tamen unum circiter gradum in conse- ntia dietim percurrens, illum detrahat motui centri Epi- li, apponat motui Apogei.

Nota verò gradum quo Sol insequendo Lunam dietim

promovetur causam esse cur Luna ad eandem rediens periodum non ampliùs ibi reperiat Solem, sed debeat adhuc duos & ampliùs dies incedere ut eam assequatur, ipsique rursus congrediatur; sicque cùm mensis Periodicus sit dierum 27 ac ferè trientis, Synodicus fiat dierum 29 ac dimidii cum horæ proximè dodrante, ut superiùs jam adnotatum fuit.

Perveniat porrò etiam Apogeum in V, in γ, in ♌, centro Excentrici facto ε, ν, L; pervenerit & centrum Epicycli in Υ, ♉, ♌; & Luna perveniens ad ι totum circumierit Epicyclum, ac linea Medii motûs Solis A B intermedia semper incesserit, &c.

Quod de hac autem Schematis medietate dico, idem & de alia pari proportione est intelligendum, utcumque Epicycli ducti in ipsa non sint, neque item lineæ occultíque circuli designantes varios Excentrici situs; nè nimia intricatio confusióque indè crearetur.

Exinde interim colligere licet centrum Epicycli occupare semper Apogeum Excentrici in omni Conjunctione & Oppositione media cum Sole, & Perigeum in Quadraturis, & reliqua loca intermediis proportione temporibus; adeò proinde ut bis in mense totum Excentricum percurrat.

Exsistente rursus Epicyclo in X, Elongatio lunæ à Sole est G X, & duplum illius seu distantia Lunæ ab Apogeo T X, quæ cùm diceretur in Sole Anomalia seu Argumentum, dicheic solet Centrum Lunæ.

Argumentum autem hoc loco vocatur distantia ipsius corporis Lunæ exsistentis v. c. in κ ab Apogeo Epicycli, Vero, quod heic est λ, aut Medio, quod heic est μ, (hoc autem designatur per lineam eductam ex puncto K, quæ centro Excentrici opponitur) unde & illud Argumentum Verum, hoc autem Medium appellatur.

Cúmque arcus λ μ dicatur Prostaphæresis seu Æquationis centri, tum α β dicitur Æquatio Argumenti. Et cùm illa addatur ad Argumentum medium, ut habeatur Verum, si centrum Lunæ fuerit minus sex Signis, subtrahatur, si majus, ista ex opposito subtrahitur, si minus, additur, si majus.

Ut taceam illam esse nullam, si centrum Epicycli fuerit in Apogeo vel Perigeo Excentrici; hanc nullam, si Luna fuerit in Apogeo Perigeóve Epicycli: ac rursus illam maximam esse paulò infra medias longitudines, ut ξ ○, Epicyclo exsistente in θ; istam maximam, cum centrum Epicycli est in Perigeo Excentrici, ac Luna in contactu Periæriæ Epicycli, & lineæ ductæ ex centro Mundi, ut C π, Epicyclo in Y.

Taceo &, cùm ipsa diameter Epicycli exsistentis in Perigeo Excentrici appareat major quàm in Apogeo, ut vel inde sequitur ipsum discrimen inter arcum Zodiaci π ρ, quem diameter occupat in Perigeo, & arcum σ τ, quem in Apogeo, proportione aliunde servatâ in locis intermediis; idcirco tam diversitatem distribui solere in particulas 60, quas vocant scrupula, seu minuta proportionalia; ut proportione diversitatis adjiciatur quod congruum est ad æquationem argumenti.

Taceo denique ipsum corpus Lunæ, ubi descendendo ex ☊ per ϰ, ♍, ♑, pervenerit ad ♌, & exinde pari ratione per ☋ redierit ad ☊, intelligi descripsisse non circulum, sed speciem quandam ellipseos, seu ovatam lineam. Atque hæc sunt quidem capita præcipua Longitudinis Lunæ ab Apogæo tum attinentia.

Quod ad Latitudinis motum spectat, notandum est ut Orbita Solis seu Ecliptica Æquatorem obliquè intersecat in duobus oppositis Æquinoctialibus punctis, sic Orbitam Lunæ, seu descriptum Excentricum, non jacere directè sub Ecliptica, sed eam obliquè intersecare in duobus oppositis punctis, quos Nodos appellant; & Ascendentem quidem, per quem ex Austro in Boream, Descendentem, quo ex Borea in Austrum transitur.

Et cùm id sit commune Lunæ cum Planetis cæteris, proprium ejus est proprium ut Nodus Ascendens hâc formâ ☊ designatur, & Descendens hâc ☋; & ille Caput, iste Cauda Draconis vulgò appelletur. Fortè quod ut Draco sese tenuatur in caput & caudam, tumescit in ventrem; spatium dimidio Orbitæ Lunæ ac Eclipticæ comprehen-

ſum tenuetur ad Nodos, tumeſcat ad medium, quâ limes eſt, maximáve digreſſo; ut ex hac figura intelligitur



Notanda verò heic ſolùm duo. Unum, Cùm Luna à No- do diſcedens acquirat paulatim latitudinem, quoſque a limitem Boreum Auſtrinúmve pervenerit, maximm lat tudinem diſtantiámve quam in utrovis limite obinet e graduum quinque.

Alterum, Nodos non eſſe Fixos in certis Eclipticæ pu ctis, ſed progredi ſenſim in antecedentia, & dictum q dem paulò ampliùs quàm tribus minutis; adeò ut circ tum abſolvat intra 19. ferè annos: unde exſiſtit ciem periùs & Cyclum Lunarem, & Numerum aureum & Pa odum Metonis appellavimus. Solet autem proptrea fi feu orbis, ſeu circulns concentricus Mundo, qui dicitur D ferens Nodos.

CA

CAP. VI.

De Theoria trium Superiorum Planetarum, nempe Saturni, Jovis, & Martis.

QUòd horum trium motus non formâ, ſed quantitate ſolâ diſcrepent inter ſe, ideo ſufficiat universè pro illis ujujmodi ſchema.



In ipso, A est centrum Mundi, B C D E Ecliptica, F centrum Excentrici, G H I K Excentricus, L centrum circuli Æquantis vocati, tantum distans à centro Excentrici quantum hoc à centro Mundi, M N O P Æquans ipse, Excentrico æqualis, & in plano eodem cum ipso. Æquans autem hic sive orbis sive circulus inducitur, quod hujusmodi Planetarum motus in Excentricis & Epicyclis æquabiles regularésve sint, non super suis centris, sed super alieno, hujus nempe Æquantis centro. G Apogeum Excentrici, I Perigeum, M Apogeum Æquantis, O Perigeum, B D linea Apsidum, C E linea Longitudinum mediarum, Q R S T Epicyclus, G illius centrum, R Planeta in superficie Epicycli.

Triplex autem heic attenditur motus. Primus Apogei in consequentia. Hic autem fit non semper sub Ecliptica, quemadmodum in Sole; non accedendo recedendóve ab illa, quemadmodum in Luna: sed secundum parallelum Eclipticæ circulum, adeò ut habeat quidem diversum centrum, sed eundem tamen axem; neque aliam periodum aut irregularitatem quàm tribuendam Eclipticæ, cùm de Firmamento agetur, obtineat.

Secundus Excentrici, seu mavis centri Epicycli G, in consequentia; h. e. à B in C, D, E. Hic autem fit obliquè ad Eclipticam, & ad circulum motûs Apogei; ac secat illorum axem non in centro, sed versus Excentrici Perigeum: unde & major Excentrici pars remanet versus Apogeum.

Est verò diurnus Motus in Saturno minutorum 2. in Jove minut. 5. in Marte minut. 31 $\frac{1}{2}$. Et circuitus totus peragitur in Saturno annis Ægyptiis 29. diebus 169. in Jove ann. Egypt. 11. diebus proximè 316. in Marte, an. 1. diebus proximè 322.

Tertius Epicycli, seu mavis Planetæ in superficie Epicycli: & superiore quidem ejus parte (secùs ac in Luna) in consequentia, ut puta in Q, R, S; inferiore in antecedentia, ut puta in S, T, Q.

Estque dietim in Saturno minut. 57. in Jove, 54. in Marte,

Marte, ferè 28. Et periodus ejus absolvitur in Saturno anno 1. & diebus 13 $\frac{1}{2}$. in Jove, an. 1. & diebus ferè 34. in Marte, annis 2. & diebus ferè 60.

Esto Epicycli centrum in V, Apogeum Epicycli medium ζ, designatum putà per lineam ex centro Mundi; erit tum linea Medii motûs L Z, linea Veri A α, & arcus ϒ B Z motus medius, arcus ϒ B α Verus. Et cùm linea Veri loci Planetæ exsistentis in β sit A γ, ideo Verus Planetæ motus erit ϒ B γ.

Cùm autem distantia ab Apogeo Excentrici appellari queat quoque soleat non tam Anomalia aut Argumentum quàm Centrum Epicycli, illúdque aut medium, ut B Z, aut verum, ut B α; tum heic etiam specialiter Argumentum dicitur distantia Planetæ ab Apogeo Epicycli; medium à medio, ut arcus X β; Verum à Vero, ut arcus Y β.

Ut prætereamquam heic eodem modo accipi Prostaphæresin, seu Æquationem Centri, arcum videlicet α γ, & minuta proportionalia ex diversitate apparente diametri Epicycli, tempus quo Æquationes sunt aut nullæ, aut maximæ, aut quo addendæ aut subtrahendæ, & si qua sunt hujusmodi; eodem, inquam, modo heic accipi quo dictum in Luna, ut vel ex ipsa Schematis inspectione intelligi potest.

Quanquam non est existimandum cùm Epicyclus illius centrum ex G pervenit ad V, Planetam esse solùm promotum per superficiem Epicycli ex R aut Y in β, & cùm ad H, in δ, & cùm ad I, in ε; siquidem priusquam Epicyclus Saturni v. g. pervenerit ex G ad I, ipse Planeta Epicyclum totum percurrit proximè quindecies. Quamobrem Planeta eo fine duntaxat in iis locis depictus est, ac præterea in ζ, cùm Epicyclus pervenit ad η, ut mox dicta intelligantur; útque præterea videas quomodo, cùm Epicyclus pervenit ad I, Planeta esse possit in Perigeo Excentrici & Epicycli simul.

Quod mirabile interim heic est, ipsa est consensio revolutionis Planetæ per Epicycli superficiem cum ipso Sole; siquidem talis revolutio completur præcisè tanto tempore quantum est ex una Conjunctione aut Oppositione media

cum Sole ad aliam: adeò ut in omni Conjunctione media Planeta exsistat in Apogeo medio Epicycli, & in omni Oppositione sit in Perigeo; sícque tantum semper distet Planeta ab Apogeo medio Epicycli quantum linea medii loci Solis à linea medii motûs Planetæ; ac subtrahendo proinde medium motum Planetæ ex medio motu Solis, Argumentum medium Planetæ remaneat.

Ex quo licet intelligi, quantò centrum Epicycli circuit tardiùs Excentricum, veluti in Saturno, tantò Epicyclum Planetámve in ipso revolvi celerius; Sol nempe Planetam assequitur citiús. Ac licet rursus intelligi, medium Planetæ motum junctum motui ejus in Epicyclo æquari medio motui Solis.

Ad Latitudinem quod spectat, dependet ea quidem ex obliquitate qua se habet Planetæ Orbita seu Excentricus ad Eclipticam; sed contingit nihilominus ipsam augeri vel minui ex inclinatione obliquationéque Epicycli non fixa, sed mutabili libratilíque.

Vix autem potest Latitudo maxima pervenire, in Saturno quidem ad gradus 2. & min. 5. aut 6. in Jove ad grad. 1. & min. itidem 5. aut 6. in Marte demum ad gradus 7.

CAP. VII.

De Theoria duorum Inferiorum Planetarum, Veneris nempe & Mercurii.

HOsce duos quoque conjunctim spectamus, propter formam motûs communem quâ à memoratis tribus discrepant.

Et primùm quidem istis quoque duobus tam Excentricus quàm Epicyclus competunt: verùm linea medii motûs ipsorum non discedit unquam à linea medii motûs Solis, sed ita est una eadémque cum ipsa, ut Epicyclorum centra lineæ medii motûs Solis veluti illigata sint, neque possint proinde Planetæ longiùs evagari à Sole quàm ipsi illorum Epicyc-

cycli patiuntur ; ſecùs profectò ac Superiores, qui, pro-
diverſas medii motûs lineas, etiam ad uſque ipſam cum
oppoſitionem à Sole diſcedunt.

Exinde interim fieri conſtat, ut non alium medium longi-
nis motum quàm Sol habeant, útque ratione hujuſce
ûs ſint ſemper cum Sole conjuncti, ac eâdem proinde
odo, unius anni ſcilicet, Excentricum ſuum uterque per-
ant. Quæ omnia intelligi vel ex ſola hujus figuræ in-
tione poſſunt.



Et

Et conveniunt quidem rursus cum Superioribus, ut in periore Epicycli parte secundùm, in inferiore contra sucre sionem Signorum moveantur; ac rursus, ut habeant in ip Epicyclo Apogeum tam Medium quàm Verum, à quo ipsorum usque corpora accipiatur numeretúrve Argume tum tam medium quàm verum: & pari proinde ratio prostaphæresis, æquatióve tam centri quàm Argumenti, hibitis quoque minutis proportionalibus, usurpetur. Ver differunt, quòd donec versantur non modo in Apogeo etiam in Perigeo, sint cum ipso Sole conjuncti: uti vel eadem figura mox adhibita intelligitur.

Quod superest autem, Veneris Theoria non alia e Theoria trium Superiorum; quippe ex iisdem orbibus stat, Excentrico nempe, ac Epicyclo & Æquante. Q & eâdem uti Figurâ quæ pro illis est usurpata licet; si dò lineam medii motûs Solis unà transferri & transire per per Epicycli centrum concipiamus.

Mercurii verò Theoria eo solùm differt, quòd inter orbeis crassos Excentricósve secundùm quid concipian duos itidem inæqualeis, & inter duos illos collocent Æq tem, inter duos istos Deferentem Epicyclum, seu Exc tricum propriè appellatum, cujus centrum mobile sit perficie circelli attingentis Diametro suâ centrum Æq tis & centrum Mundi; eo penè modo quo de centro centrici Lunæ in superficie circelli circumducto declar est, unde neque nova Figura heic videtur opus.

Prætereo porrò motum Veneris in Epicyclo esse di grad. 1. min. 36. ac totam proinde ipsius Periodum ab intra dies proximè 225. seu menseis 7. cum semisse cunque ob Solem interim progressum non appareat conjuncta iteratò in Apogeo, aut iteratò in Perigeo, post 19. menseis.

Mercurii autem motum in Epicyclo esse dietim gra min. 5. $\frac{1}{2}$ ac Periodum ipsius absolvi intra dies proxim seu treis propè menseis; utcumque ab una conjunct Apogea cum Sole ad Apogeam aliam, aut à Perig Perigeam, nonnisi post 4. ferè menseis redeat.

Quod ad Latitudinis motum ſpectat, oritur is etiam
im ex obliquitate Excentrici, partim ex inclinatione
cycli; & eâ quidem utriuſque contemperatione, ut in
ere major ſit Latitudo ad Boream, in Mercurio major
uſtrum; & in Venere quidem Latitudo interdum ad 9.
us perveniat, in Mercurio autem non ampliùs quàm ad
que.

CAP. VIII.

Theoria Firmamenti, & ſuper-exſtructi unius alterius ve Cryſtallini.

Enique, ut & pauca quædam de Firmamento attinga-
mus, ac ſimul quæ allata de ipſo Phænomena ſunt
centur; Sciendum eſt imprimis quamdiu nullus fuit
Stellas Fixas præter diurnum obſervatus motus, tam-
irmamentum cui illæ inhærent fuiſſe habitum pro ex-
Cœlo, ſeu Mobili primo; utì Ariſtotelis ævo, & ſe-
ibus ſeculis ad Hipparchum & Ptolemæum uſque.
o autem ipſæ quoque Fixæ deprehenſæ ſunt in conſe-
ia promoveri, tum Nonum cœlum cœpiſſe addi, quod
rimum mobile, cujúſve diurnus motus eſſet proprius;
mamentum habitum pro Secundo mobili, cujus mo-
e in conſequentia ſpecialis foret. Nimirum quòd duo
motus uni mobili non competere crederentur; veluti
attigimus.
rò quia hic motus adnotatus fuit inæquabiliter peragi,
am, juxta aliquos, interdum retrogradus eſſe, ac ob-
um aliunde eſt, Eclipticam unà cum Fixis ſic mutare
, ut illius Obliquitas, atque adeò Declinatio Solis
ma, evaderet nunc major, nunc minor, (quippe quæ
ore Ptolemæi, aut paulò antè, fuit maxima, ut puta
23. minut. 52. ea deinceps ità decrevit, ut ſuperiore
credita minima, exſtiterit grad. 23. min. 28.) idcir-
pit ſuperaddi cœlum Decimum, quod eſſet Primum
mobile,

mobile, ac retineri simul cœlum nonum, dictum plerisq Crystallinum, cui ille in longum seu in consequentia mo tribueretur; ipsi autem Firmamento assignatus est mo quem Accessûs & Recessûs, ac Trepidationis, Alphons præsertim dixerunt.

Nempe assignatâ ut mobili Primo, ità Nonæ sphæ Eclipticâ immobili, fecere ipsam firmamenti Eclipticam v riabilem; seu ità luxatam in superficie duorum circello circa puncta Æquinoctialia descriptorum, ut exinde dupl hujusmodi irregularitas crearetur. Res operosè declar tur; sed nè tot implicemur tricis, ac in re præsertim q fortè non admodum firmo fundamento innititur, coner duntaxat eam percipere ex translatis circellis, facilitatis gr tiâ, circa ipsa Solstitialia puncta.

Sunto in sequente Figura A B C D Colurus Solstitior in Nona Sphæra; A & C initia ♋ & ♑ in eade E F G H & I K L M circelli ipsis circumducti; E &



ia ♋ & ♈ in Octava ſphæra, dum Ecliptica utriuſque
æræ coincidit, & obliquitas minima eſt. Intelligatur
ctum E procedere verſus F ad Boream, & punctum I
ius M ad Auſtrum ; tum & creſcet obliquitas, quouſque
naxima ad F ac M, & Ecliptica Octavæ ſphæræ facta
notior verſus ortum evadat F M. Intelligantur eadem
cta procedere ab F in G, ab M in L ; tum & decreſcet
quitas, quouſque ſit minima, & Ecliptica Octavæ facta
ac promotior in ortum coëat cum Ecliptica Nonæ.
lligantur eadem pergere à G in H, ab L in K ; tum &
cet iterum obliquitas, quouſque fiat maxima in H & K,
cliptica Octavæ in occaſum regreſſa evadat H K. Intelli-
ur denique eadem pergere ex H in E, ex K in I ; tum
lecreſcet iterum obliquitas, quouſque fiat minima, &
ptica Octavæ adhuc magis in occaſum regreſſa coëat
m cum Ecliptica Nonæ.

tque hæc omnia quidem eà ratione, ut cùm Nona ſphæ-
noveat Eclipticam Octavæ continenter & æquabiliter
ius ortum, ipſa tamen Ecliptica Octavæ luxatione hâc
ujuſmodi motum irregularem reddat, ac velociorem fa-
, cùm uterque motus conſpirat in ortum, memoratis ni-
m punctis procedentibus per medietates circellorum
G, & I M L ; ſegniorem autem, cùm alter motuum in
ſum eſt ; iiſdem videlicet punctis procedentibus per
lietates oppoſitas G H E, & L K I.

Denique autem viſum eſt ex Nono illo cœlo duos facere,
pſum Primum mobile in Undecimum locum relegare :
ɔſi quidem Firmamento motum Longitudinis, tanquam
proprium reſtituere ; motum verò Trepidationis partiri
luas Librationes, quarum una ab occaſu in ortum, ab
t in occaſum, attribueretur Nonæ ſphæræ, altera à Borea
Auſtrum, ab Auſtro in Boream, attribueretur Decimæ :
que prior faceret illum Longitudinis motum nunc velo-
em, nunc tardiorem ; & poſterior nunc majorem, nunc
orem Obliquitatem.

taque ſolet jam Firmamento motus ille in conſequentia
ngitudiniſve attribui, qui ab uſque Copernico Præceſſio

seu Anticipatio Æquinoctiorum appellatur; quòd ille, motum Terræ attributum, existimârit non tam stellas quinoctia immota prætergredi, tendendo versus consequentia, quàm ipsa Æquinoctia stellas immotas deserere, tendendo versus præcedentia. Solet & Nonæ sphæræ trib illa Libratio, quæ ideo vocatur Anomalia Præcessionis quinoctiorum, quòd motum Præcessionis Æquinoctiorum inæqualem faciat; ac solet demum Decimæ attribui Libratio, quæ Anomalia Obliquitatis Eclipticæ ideo dicitur quòd Obliquitatem Eclipticæ non semper eandem esse putatur.

Et motus quidem Firmamenti, seu Octavæ sphæræ, peragitur lentissimè super polis Eclipticæ; siquidem, juxta Ptolemæum, circuitum unum non peragit nisi intra annorum 36 millia; ut puta unum tantùm gradum intra annos centum conficiens: tametsi successio temporis nos docuit pe agere potiùs intra annorum proximè 25. millia; ut p unum intra annos 70. gradum absolvens; utcumque alun Alphonsini statuerint circuitum non peragere nisi in mille Jubilæa, seu millia annorum 49.

Motus verò Nonæ sphæræ fit quidem super iisdem Po at non circuitum perficiendo, sed leviter solùm librand Nam postquam Sphæra progressa est versus ortum per du gradus cum triente, hoc est gradum 1. min. 10. citra, grad. 1. min. 10. ultra Æquinoctialia puncta, reditus ortu in occasum fit: atque id quidem etiam perqua lentè; nam una Libratio eundo redeundóque peragitur lùm intra annos 1700.

Motus denique Sphæræ Decimæ, habens pro suis qu Polis ipsa Æquinoctialia puncta, secundùm colurum Sol tiorum peragitur, libratione adhuc minore; nempe per nuta non plura quàm 24. quorum sint 12 citra, 12 ul Solstitialia puncta, habita quasi fixa in ipso Primo mobi ac præterea duplo lentiore, cùm una Libratio percurra solùm intra ter mille & 400 annos.

Ac circelli quidem heic etiam describuntur, ad explic dum quomodo Librationes sub medium celeriores, principiu

cipium ac finem lentiores appareant: sed, ut tunc ad-
abitur, cum quemadmodum rem Copernicus declarave-
ttingetur, videtur res esse magis commentitia quàm ut
pulosiùs illam prosequamur.

CAP. IX.

are Planetæ nunc majores, nunc minores appareant.

Unc quemadmodum ea Phænomena quæ sunt initio commemorata, quæque magna ex parte passiones Pla-
rum vulgò dicuntur, ex Hypothesi Theoriisque jam re-
itis explicentur, difficile dictu admodum non est.
c illa quidem primùm prætereo quæ ex deductis supe-
libro abunde satis intelliguntur; cujusmodi sunt, Ob-
ari solem aliósque Planetas nunc heic nunc illeic oriri &
dere, nunc altiùs nunc humiliùs in Meridianum evehi.
eros à Solis splendore nunc occultari nunc revelari,
que similia.
ætera ut attingam; Videtur imprimis nihil esse mirum
anetæ interdum majores, interdum minores appareant.
idem cùm in Apogeis sint longè à terra quàm in Peri-
distantiores, necesse est illeic sub minore specie, heic
majore, repræsententur.
ihil necesse est admonere, non esse heic quæstionem
pecie quæ propter vapores juxta horizontem increscit,
que decrescit, prout Sidera sublimè attolluntur; quippe
agimus de specie quæ in eadem Planetæ supra horizon-
altitudine, etiam meridiana, apparet.
c in superioribus quidem Planetis res est facilis obser-
manifestáque admodum. Nam quoties Soli opponun-
idcirco maximi apparent, quòd in Perigeis sint Epicy-
um: nè memorem ipsorum speciem tantò adhuc magis
escere, quantò magis Epicyclus ad Excentrici Perigeum
dit. Mars certè speciatim, qui aliàs vix stellæ secundæ
magni-

magnitudinis exæquatur, in oppositione tamen, sive de Achronychus est, ac utroque potissimùm Perigeo concurrente, eâ evadit specie, ut Jovis atque Veneris magnitudinem æmuletur.

Facilis verò etiam est in duobus inferioribus, Venere pota ac Mercurio, sed Venere potissimùm; quippe quæ versus Perigeum, etiam interdiu, ac sub ipsum meridiem facta videatur. Quamobrem autem non perinde videatur circa versus Apogeum est, etsi ejus species per noctem non est minor appareat, intelligendum est ex infrà dicendis, de ejus cornibus.

In Luna res est paulò difficilior: observavimus ipsi tamen ejus diametrum, dum est tam in Excentrico quàm in Epicyclo Perigea, esse minutorum 31. secundorum 6. & cum Apogea, minutorum 26. ac 36 secundorum: utcumque ad ipsam ad tantam exilitatem non deducant.

In Sole difficillima: sed ipsi tamen illius quoque diametrum observavimus, dum Perigeus quidem est, minut. 31. secund. 6. quantum nempe ipsius Lunæ; & cùm Apogeus, minut. 30. secund. 12. planè ut non integrum omnino minutum intersit.

CA

CAP. X.

Quare nunc Veloceis, nunc Tardi.

Ari ratione, mirum non est si Planetæ incedere nunc ocyùs nunc segniùs appareant. Videlicet tametsi ipsi in Excentricis & Epicyclis æquabili motu incedant, utì incedere nobis apparerent si, quemad modumdictum est, eorum centris exsisteremus; necesse est tamen observe- is ipsos ferri inæquabiliter, quòd ipsorum motum ex cen- alieno spectemus.

Heinc in Sole, exempli gratiâ, cùm linea Mediarum lon- adinum Eclipticam nobis in duas æqualeis parteis divi- is sic Excentricum dirimat, ut quæ ejus portio versus ogeum est, major eâ sit quæ versus Perigeum, idcirco esse est Sol appareat nobis percurrere alterum Signorum nidium tempore prolixiore quàm alterum; atque ea de ia uno tempore incedere lentiùs quàm alio, sícque in- uabiliter ferri, & tardissimè quidem in Apogeo, velocis- è in Perigeo.

Et quia Solis Apogeum subest hisce temporibus, ut jam è attigimus, initio gradûs septimi Cancri, ac Perigeum ò initio gradûs septimi Capricorni, heinc apparet causa ea anni portio quæ est ab Æquinoctio verno in Autu- ale, transeundo per æstatem, sit novem diebus longior quæ ab Autumnali in vernum, transeundo per hyemem. nirum portio Excentrici percurrenda est per illam quàm istam major.

Atque exinde est, cur cùm Sol observetur medio tempore ficere dietim motu apparente minuta 59, in Apogeo nen conficiat solùm 57, & in Perigeo 61; ut suprà quo- e est adnotatum.

n Luna res secùs se habet. Nam quia centrum Epicy- non movetur regulariter super centro Excentrici, sed su- centro Mundi, quod versus Perigeum semper est, idcir- necesse est ipsum in Apogeo Excentrici ferri apparere ve-

 locius

lociùs quàm in Perigeo ; videlicet illeic majores portiones Excentrici competunt arcubus Zodiaci æqualibus quàm heic. Quod idem proportione dicendum est de motu Lunæ in Epicyclo, quatenus movetur regulariter non super centro proprio, sed super puncto quod opponitur ipsius Excentrici centro.

Exinde verò causa est cur tametsi Luna tam in Conjunctione quàm in Oppositione cum Sole Apogea sit, celeriùs tamen tunc moveri appareat quàm dum fuerit in Quadraturis Perigea.

Causa etiam est cur cùm Luna mediocri motu appareat conficere dietim circiter gradus tredecim, interdum tamen conficere non omnino undecim, interdum ultra quindecim appareat.

De Planetis cæteris alia quàm de Luna est ratio. Nam licèt moveantur regulariter non circa centra Excentricorum, sed circa centra Æquantium, ista tamen Æquantium centra sunt respectu nostrî, sive centri Mundi, ultra centra Excentricorum ; atque idcirco necesse est ut moveri tardiùs circa Apogea quàm circa Perigea appareant.

CAP. XI.

Quare nunc Directi, nunc Retrogradi, nunc Stationarii.

HÆC affectio competit solùm quinque Stellis erraticis quatenus in partibus variis Epicyclorum suorum versantur.

Nam quia Planeta in superiore Epicycli parte imitatur motum ipsius Excentrici centríve Epicycli, qui est semper in consequentia, heinc fit ut duplicato motu Planeta velut dirigatur, seu secundùm seriem Signorum suum cursum tendat ; & per ipsum quidem Apogeum ocyssimè hein indè autem tantò segniùs quantò ampliùs ab ipso abest.

Et quia in inferiore parte adversatur motui Excentrici ac celeriùs fertur per Epicyclum in antecedentia quàm deve

tur ab Excentrico in consequentia, indè fit ut retrogradi, u contra signorum successionem moveri, appareat; ac per ùm quidem Perigeum citissimè heinc, indè tantò sen- is quantò longiùs ab eo versatur.

Quia demum in parte Epicycli descendente seu orienta- & quâ parte ex Directo Retrogradus fit, ac in ascen- nte seu occidentali, quâ ex Retrogrado fit Directus, hæ- e videtur, & eundem sub Fixis quodam tempore locum cupare; heinc est cur utrobique stare, seu Stationarius i, dicatur: & in Descendente quidem parte esse dicatur tio prima, in Ascendente verò Statio secunda; cùm in nere & Mercurio illa præterea Matutina, ista Vespertina etur.

Et movetur tunc quidem Planeta, perinde ac aliàs, æqua- ter per Epicyclum, sed non percipit tamen oculus illius gressum; quòd motus tunc fiat oculi respectu secundùm tam quasi lineam ab ipso protensam, non secundùm du- m transversum, ut ideo possit animadverti.

Non fiunt autem Stationes in maximis ipsis Planetæ à e Elongationibus, designatis per duas lineas ab oculo centro Mundi ductas, & Epicyclum heinc indè contin- teis, sed infra ipsas. Ex quo fit ut arcus Retrograda- is minor semper sit arcu Directionis: cùm & aliunde is Retrogradationis tantò brevior fit, quantò motus Ex- trici motui Epicycli ampliùs detrahit; arcus Directio- antò productior, quantò motus Excentrici motui Epicy- mpliùs addit.

Quæ omnia intelligi ut possint, attendendum solùm est chemata in ipsis Errantium Stellarum Theoriis allata; etiam duntaxat inspiciendum in hoc, in quo centrum di, seu spectatoris oculus, A, Zodiacus secundùm si- rum successionem B C D, Excentricus E F G, Epicy- E H G I, contingentes seu maximarum Elongatio- a lineæ A B, A D, Arcus Directionis E H G, Re- radationis G I E, Statio prima K, Statio secunda L.



Interim ex iis quæ mox dicta sunt, & ex iis qu
singulorum Planetarum motibus tam in Excentricis q
in Epicyclis antè attigimus, intelligitur fieri ut ex n
quidem Planetis Superioribus non retrogrediatur Satu
nisi 7 gradibus, aut aliquantò plus; Jupiter, nisi
Mars, nisi ad summum 20, (interdum enim nisi 12:
duobus autem Inferioribus, Venus retrogrediatur ci
16, aut 17; Mercurius interdum tantumdem, interdu
citer undecim.

Prætereo verò, cùm in istis duobus Conjunctio cum
sit media inter duas Stationes, esse in illis tribus Op
tio

onem mediam; & dum Stationes celebrantur, distare à
le Saturnum quidem ultra quadrantem circuli, Jovem
iente, Martem ultra trientem.

Prætereo &, cùm ex iis duobus plures sint Stationes
ercurii quàm Veneris, quoniam longè citiùs percurrendo
icyclum, sæpius heic indè à Sole fit; ex tribus superiori-
s oppositio modo, plures sunt Saturni quàm Jovis, & hu-
quàm Martis, quoniam cùm Saturnus sit tardior quàm
piter, Sol ipsum citiùs assequitur; & pari ratione cùm
piter sit tardior quàm Mars, Sol assequitur quoque ipsum
iùs.

Dixi porrò hanc affectionem competere solùm 5 Stellis
rantibus; quoniam Sol quidem non movetur per Epicy-
m, sed per Excentricum duntaxat, in quo proinde potest
idem videri uno tempore moveri tardiùs quàm alio, at
n propterea unquam retrogredi aut stare. Luna verò
ovetur quidem per Epicyclum, & superiore quidem parte
ntra successionem Signorum; at quoniam motus Excen-
ci (seu centri Epicycli per Excentricum) est longè velo-
r quàm motus Lunæ per Epicyclum, atque idcirco Luna
c quoque velociùs devehitur ab Excentrico in conse-
ntia quàm revehatur per Epicyclum in antecedentia,
nc fit ut tardiùs quidem moveri, at non propterea stare
gredíve, appareat.

CAP. XII.

uid Parallaxis, ob quam Planetæ altiores aut humi-liores judicantur.

Arallaxeos nomine intelligitur heic non quævis com-
mutatio, sed commutatio Visûs, quæ appellatur
am Visûs aberratio, & Adspectûs diversitas; ac de-
ibi solet, Differentia inter verum & visum locum alicujus
tri.

Verus porrò locus alicujus Astri est punctum in Firma-

mento, aut ſupremo cœlo, ad quod terminatur recta linea ex centro Terræ ſive Mundi per ipſum Aſtri centrum tra-ducta. Viſus autem locus eſt punctum in eodem, ad quod terminatur recta linea quæ ex oculo per idem Aſtri centrum traducitur. Unde & quia iſta duo puncta incidunt in eundem verticalem circulum, definiri quoque parallaxis ſolet, Arcus verticalis qui intercipitur inter verum & viſum locum.

Eſto v. c. A centrum Terræ vel Mundi, C B D Terræ ſuperficies, B oculus, E F G verticalis in Firmamento ſeu ſupremo cœlo. Aſtrum ſit imprimis in Horizonte ſenſibili H: Tunc Verus locus erit I, terminans nempe lineam A I, locus viſus K, terminans putà lineam B K; & arcus I K Parallaxis, ſcilicet diſcrimen inter utrumque locum.



Quòd ſi deinde Aſtrum elevatum fuerit ad L, conſta Parallaxin ejus fore M N; ſi ad O, Parallaxin fore P Q & ità de cæteris locis.

Ubi interim adnota Parallaxin horizontalem eſſe maximam; ac ipſam, aſcendente Aſtro, ſic decreſcere, ut ſi Aſtrum ad verticem R pervenerit, nulla demum ſit Parallaxis futura; quòd lineis veri & viſi locorum in unam coëuntibus, idem futurus ſit Verus ac Viſus locus.

Adno-

Adnotare verò etiam licet, Quò aliquod Astrum est
rræ propinquius, eò majorem ipsi Parallaxin creari.
m Astrum v. c. in S, hoc est in eadem horizontali linea
n H, creat Parallaxin T K; in V, hoc est in eadem visi
linea cum L, creat Parallaxin N X; in Y, hoc est in
em cum O, creat Parallaxin Q Z.

Quin adnotare etiam oportet Angulum qui fit in cen-
Planetæ ex lineis Veri ac Visi locorum, & cui semidia-
ter Terræ opponitur, qualis est v.c. Angulus A H B, aut
B, &c. ipsum propriè esse qui & dicitur Angulus, & est
sura Parallaxeos. Nimirum prout ipse est aut magnus,
parvus, aut nullus, arcus quoque ille qui Parallaxis di-
r magnus, parvus, aut nullus est.

Præterea porrò esse aliam quandam Parallaxeos speciem
e in Luna attenditur, & tam secundùm longitudinem
m secundùm latitudinem fit. Ea nempe non attenditur
erticali circulo; sed aut in ipsa Ecliptica, quam circuli
tudinum veri ac visi locorum in diversis partibus inter-
unt, arcúmque intercipiunt Longitudinis Parallaxin
um; aut in circulo ad Eclipticam recto, quem interse-
t duo circuli per loca verum & visum ducti, Eclipticæq;
alleli, & intercipientes arcum qui Parallaxis Latitudinis
ellatur.

CAP. XIII.

*æ sit proinde singulorum, & Fixarum etiam, à Ter-
ris distantia; quisque adeò Cælorum ordo.*

Um, quò major est Parallaxis eò res visa propinquior
sit, quò minor eò distantior, idcirco in eo sunt Astro-
ni, ut Parallaxes Siderum sintne, & quantæ sint, obser-
t, quò de ipsorum propinquitate aut remotione à
rra pronuncient.

Enimvero cùm in ipsa Luna Parallaxis fiat admodum
sibilis, (videlicet horizontalis integrum etiam gradum

excedit) in cæteris nihilominus res est subtilis adeò negotii ut verisimilitudinem non excedat. Quippe in Mercurio, Venere, Sole, Marte, difficillimè aliqua notatur; in Jove ac Saturno vix ulla est; & ad Fixas quod attinet, eæ sunt longe evectiores quàm ut ullam penitus prodant.

Non memoro causam hujus rei esse quam suprà insinuavimus, quòd Terræ nimirum Semidiameter, quæ & pro communi mensura, & quasi pro duarum stationum dimensoriarum interstitio accipitur, sensibilem quidem rationem ad Lunæ distantiam obtineat: ad cæterorum autem distantiam adeò exilem habeat, ut ferè aut etiam prorsus evanescat; quasi Terra jam velut punctum sit, nihilque interest Sidus aliquod ex Terræ superficie, aut ex ejus centro spectetur.

Ut hoc tamen loco Siderum distantiam, quam ex mente Ptolemæi Albategnius præsertim & Alphraganus deduxerunt, aliique amplexi sunt, proponamus, quoniam illa per repetitas Terræ semidiametros explicatur, ideo attingendum est paucis quantanam Terræ semidiameter sit.

Cùm ergò, licèt variæ de ambitu Terræ opiniones sint, nobis tamen propemodum constet esse ipsam milliarium Italicorum 20255, quòd in maximo ad Terræ superficiem circulo respondeant uni gradui milliaria proximè 73; atque de causa, tum Diameter Terræ erit milliarium Italicorum 8354, tum Semidiameter milliarium 4177.

Suppone autem, ut rem tritam, Milliare dici quòd mille passus (seu Stadia 8. quæ singula sunt 125 passuum) contineat, & Passum intelligi Geometricum (seu duplum vulgaris) quinque scilicet pedes continentem, Pedem verò etiam Geometricum intelligi, & talem quidem qui minor sit Parisino seu Regio vocato unâ decimâ quàm proxima parte. Scilicet diviso Parisino Pede in mille particulas, deprehendimus Romanum antiquum continere ex illis nongentas & quatuor.

Usurpo verò Italicum milliare potiùs quàm Leucam Gallicam, quòd mensura constantior sit. Tametsi cùm Leuca Gallica mediocris contineat plùs minùs tria milliaria Italica

il vetet allatas mensuras sic reducere, ut ambitus Terræ
seatur continere Leucarum Gallicarum 8752, Diameter
5, Semidiameter 1392.

Itcumque sit, ecce distantiam quam Arabes illi ex Pto-
æi principiis, non modò circa Solem & Lunam, verùm
m circa quinque Erranteis stellas, ac Fixarum quoque
æram, deduxerunt. Intelligenda verò est in ipsis Pla-
s distantia mediocris, acceptáve cùm ii versantur circa
itudinis medias; alioquin enim in Apogeo longiùs, in
geo propiùs distant.

Distantia mediocris absunt	Luna	est terrenarum semidiametrorum	49
	Mercurius		115
	Venus		618
	Sol		1165
	Mars		4584
	Jupiter		10423
	Saturnus		15800
	Fixæ		19000

nterim verò ex ipsa serie quâ istæ distantiæ increscunt
probatus manet qui Cœlorum ordo in hujusce Institu-
is Procœmialibus propositus est, saltem ad usque cœlum
rum; nam quod de cæteris dici potest, id attigimus cir-
heoriam Firmamenti.

c solent quidem aliæ nonnullæ præter Parallaxin ratio-
afferri comprobando huic ordini : verùm illæ aut sunt
ces, ut quæ ex umbris petitur, (falsum est enim brevio-
umbram à luminoso corpore distantiore projici, si in
em supra horizontem altitudine, hoc est eodem gradu,
piatur quo propius;) aut à decoro assumptæ non perinde
dent, (ut dum consentaneum esse perhibent Solem, qui
ceps omnium sit, solium in medio obtinere.)

Hæc certè ratio neque Platonem neque Aristotelem mo-
qui ut Lunam in infimo, sic Solem in loco succedente
ocârunt. Non movit item Anaximandrum aut Metro-
um Chium, qui Solem in supremo, Lunam in sequente,

stellas

ſtellas Erranteis in locis ſuccedentibus, Inerranteis in imo habuerunt. Non item alios, qui alias aliáſque Sc cæteríſque ſedeis aſſignârunt.

Et dicendum quidem hoc loco videretur, quemadmodu probabile ſit Mercurium & Venerem ità Soli circumduci, aliquando quidem inferiores propioréſque, ſed aliquand etiam ſuperiores diſtantioréſque à Terra ſint quàm Sol verùm res eſt intelligenda ex ipſis tam Copernici quæ Tychonis Syſtematibus ſequente libro proponendis ; cui heic referamus duntaxat communem Ptolemaïcámque ſe tentiam.

CAP. XIV.

Quæ item eorundem & Fixarum ſit (ſed habitis ſim apparentibus diametris) vera Magnitudo.

QUia ex ſuppoſita diſtantia, & obſervata apparente vi bilis rei diametro, judicare licet de vera illius tu diametro, tum ſuperficie, tum craſſitudine corporeâve mol ea propter, ubi præter diſtantiam adnotârunt etiam iidem Aſtronomi quanta cujuſque Sideris diameter app rens ſeu viſibilis foret, pronunciârunt etiam quæ foret Sider cujuſque vera Magnitudo.

Cæterùm videtur id quoque negotium longè difficili quàm reputari ſoleat, definire quæ ſit habenda Sider cujuſque diameter apparens. Nam Sol quidem ſuo ſple dore ſeu ſpectetur ipſe, ſeu aliâ induſtriâ ejus diameter e ploretur, negotium facit maximum ; aliorum verò Aſt rum diſci nunc majores nunc minores (etiam in eadem à te ris diſtantia, ac in ea ſupra horizontem altitudine qua refractione immunis) apparent, prout oculus eos ſpectat variis lucis tenebrarúmque gradibus : tantò ſiquidem ma res videntur, quantò ſunt tenebræ denſiores ; & nè lux q dem, quâ apparent exiliſſimi, illos quantum par eſt di nuit, ut nobis quidem conſtitit.

Sa

anè, nè illud repetam quod de obſervatis à nobis So-
ac Lunæ diametris apparentibus eſt jam antè dictum,
nè aliquid etiam heic ſubjiciam de cæteris, adnoto
taxat diametrum Mercurii, quæ alioquin apparet, ha-
que ſolet minutorum duorum aut trium, fuiſſe à nobis
rvatam triente minuti non majorem; ídque cùm hac
Irbe anno 1631. & die Novembris 7. manè in ipſo So-
liſco apparuit, ac ſuâ ſe umbellâ citra teleſcopium in
yro pinxit, potuítque ejus diameter cum diametro Solis
parari impuné. Prætereo autem illum exiiſſe è mar-
occiduo Solis (fuit enim retrogradus) horâ 10. cùm
atis 28. latitudinem Boream aſſequutum minutorum 6.
nd. 20.

nimvero quia, ut jam monuimus, Ptolemæi Sectato-
que ſententiam heic referimus, ecce imprimis quantas
ietros apparenteis habuerint, & maximè quidem ſub
iocrem illorum à Terra diſtantiam.

iameter parens	Lunæ	eſt minutorum	$33\frac{1}{3}$
	Mercurii		2
	Veneris		3
	Solis		$31\frac{1}{3}$
	Martis		$1\frac{1}{2}$
	Jovis		$2\frac{1}{2}$
	Saturni		$1\frac{1}{3}$

rca Fixas autem nihil definierunt, niſi quòd Albate-
ſtellis Magnitudinis primæ unius minuti ac ſemiſſis
quantam & Marti) diametrum attribuit.

einde verò ex habita Sideris cujuſque diſtantia ac vi-
diametro, obtinuere diametrum veram; eámque
diametro Terræ comparantes, cubicéque multiplican-
ideris cujuſque craſſitudinem corpúſve ità deduxerunt,
antum à corpore Terræ excederetur, aut ipſum exce-
, deſignaverint. Deſignatio autem, quod ad Planetas
at, hujuſmodi fuit.

Sunt

Sunt	Luna	minores Terrâ vicibus		39
	Mercurius			19000
	Venus			28
	Sol			167
	Mars	majores Terrâ vicibus		1½
	Jupiter			81
	Saturnus			79

Quod ad Fixas verò, arbitrariâ quadam assumptione hujusmodi.

Sunt Fixæ Magnitudinis	I	majores Terrâ vicibus	198
	II		90
	III		72
	IV		54
	V		36
	VI		18

Atque hoc quidem potissimùm juxta Alphraganum; alioquin enim Albategnius habens stellas I. magnitudinis vicibus 102 majores quàm Terram, & stellas VI. sexdecim docet ex Mundanis corporibus secundùm magnitudines spectatis primo loco esse Solem, secundo stellas Fixas magnitudinis, tertio Jovem, quarto Saturnum, quinto Fixas cæteras, sexto Martem, septimo Terram, octavo Venerem, nono Lunam, decimo Mercurium.

CAP. XV.

Qui Planetarum Adspectus sint.

PLanetarum Adspectus, quos Græci Σχηματισμοὺς, Latini appellant *Configurationes*, nihil aliud sunt quàm mutuæ habitudines quibus Planetæ se invicem quatenus in variis Zodiaci partibus constituti respiciunt.

Et quia numerus duodenarius quo Zodiaci Signa dis-

gun-

untur sortitur aliquotas parteis, Semissem 6, Trientem 4, uadrantem 3, Sextantem 2, ea de causa, si Planetâ uno nstituto in certa Zodiaci parte, alius ab eo distet per se- ssem, sítque proinde è regione, dicitur esse inter illos ad- ctus Oppositus sive Diametralis; si per trientem, Tri- ; si per quadrantem, Quadratus; si per sextantem, Sex- s.

Et videbatur quidem præterea assignandus adspectus qui ucialis diceretur, quatenus Unitas 1 est etiam aliquota odenarii pars; & potest etiam unus Planeta abesse ab alio unam duodecimam Zodiaci partem: at talis adspectus nitti non solet, & vice illius admittitur alius, qui quasi phræ o. attribuatur; cùm nimirum unus Planeta nihil tat ab alio, sed illi quasi conjungitur; unde & dicitur pectus Conjunctionis.

Res intelligenda est ex hac Figura, in qua, constituto metâ uno in principio v. c. ♈, patet, si alius sit consti- us in principio ♎, Oppositionis adspectum esse: si in ncipio ♌ aut ♐, Trinum; si in principio ♋ aut ♑, adratum; si in principio ♊ aut ♒, Sextilem; si de- ue in principio ♈, adspectum Conjunctionis; ut & in- iptæ lineæ demonstrant, & characteres quibus solent sin- li Adspectus depingi, utputa ☌, △, □, ✶, ☍

Porrò

Porrò, cùm Adſpectus ſolus Conjunctionis Syzygiæ de
mereatur, ſolet tamen vox etiam tribui & Oppoſitioni,
Adſpectibus cæteris, abuſu quodam ampliationis.

Prætereo autem ſolere adſpectum aliquem dici Partilem
cùm Planeta unus diſtat ab alio exquiſitè per aliquotam
partem; Platicum verò, cùm aut minuta aut gradus etiam
aliqui deſunt. Et cùm Partilis ſpeciatim Conjunctio
fit quà Planetæ ſunt in eadem longitudine, eam conjunc
ctionem dici Centralem & Corpoream, quâ iidem etiam
ſtunt quoque in eadem Latitudine,& inferior ſupponit ſuum
centrum centro ſuperioris,corporéque ſuo ejus corpus tegit.

Qua

od idem proinde proportione est de quovis Planeta, quam inferiore respectu Fixarum quibus applicatur, dictum.

Prætereo item hosce Adspectus factos esse potissimùm ebreis apud Astrologos, qui ipsis tribuunt vim maximam in ciendis variis aëris mutationibus, tum in moderan- hominum fortunis, docentes, præter cætera, Oppositio- & Quadratum adspectus esse Maleficos, Trinum & tilem Beneficos, Conjunctionem indifferentem.

rætereo rursus, admissis solùm quinque illis Adspecti- constare Venerem & Mercurium referri ad Solem non alio Adspectu quàm Conjunctionis, cùm illa quidem nquam pluspuam sesqui-signo, hic nè signo quidem gro, ab ipso recedat.

rætereo insuper Keplerum induxisse nuper Adspectuum ra longè plura, nempe Semi-sextum seu Duodecilem, ilem, Octilem, Quintilem, &c. quatenus attendit non ex iis solis quinque admissis rationem reddi mutatio- omnium in aëre observatarum.

rætereo demum quas speciatim Conjunctiones Magnas axímas vocant. Nam ut Conjunctio quatuor inferio- Planetarum simul interdum Magna dicitur; sic fre- tiùs Magna vocatur quæ Saturni ac Jovis est, & vi- no quoque anno contingit: cùm & Magna propriè, otiùs Maxima, ea sit quæ trium Superiorum est, & ngit solùm octingentesimo quoque anno, uti contigit hujus seculi quarto.

CAP.

CAP. XVI.

De variis Lunæ Phasibus, pro varietate Adspectus Configurationúmve ipsius cum Sole.

QUia Luna corpus sphæricum opacúmque est, & lucem illam primariam argenteámve mutuatur à Sole, ac ipso semper dimidiâ sui parte (aut etiam aliquantò amplius prout minor est) illustratur, necesse est ut, cùm aliunde situm circa nos, ac ipsi Soli interveniendo, continenter commutet, necesse est, inquam, ut ad nos convertat nunc amplius, nunc minus ex illuminato dimidio; sícque quod illo apparet, variis formis figurísque, quas Phaseis dicunt exhibeatur.

Solent verò Phaseis censeri ac nominari quatuor, pro quadruplici illo primùm recitato genere adspectuum: nam ut aliunde ipsa Conjunctio minùs propriè adspectus est, Phasis propriè tunc est nulla, utpote parte illuminatâ sistente totâ à nobis aversâ, conversâque in ipsum Solem.

Non memoro autem Lunam, donec est inconspicua, latentem silentémque dici; & cùm totum id tempus Interlunium vocetur, ipsum speciatim diem Conjunctionis appellari Νουμηνίαν, *Noviluniúm*, itémque Ἕνλη καὶ νέα, quòd Luna eo die sit *Vetus ac Nova*.

Prima itaque Phasis dicitur, cùm Luna à Conjunctione recens, vesperéque emergens è Solaribus radiis, obvertit nobis portiunculam, & ipsam quidem quasi excavatæ partis illius illuminatæ, (residuo quod suprà Cœlum respectante) ac tum dicitur, & maximè quidem sub ipsum Solstitem adspectum, Corniculata Falcatáque, & Græcè Μηνοειδὴς, ob formam videlicet propriam, quam quæ imitatur cætera *Lunulata* appellitantur.

Secunda est, cùm Luna sub septimum jam aut octavum diem, quo quadrante à Sole abest, cavitate illâ jam evidâ, obvertit nobis integrum illuminatæ partis dimidium; idcirco Διχότομος seu *Bisecta* dicitur, quòd ex semi-glo-

is obverso dimidium adhuc obscurum sit; & ut semi-
ous nobis ob distantiam quasi discus apparet, sic com-
is illa Lucis & Umbræ sectio quasi recta linea discum
bisecans appareat.

ertia est, cùm exinde Luna ad Oppositionem prope-
, & maximè sub Trinum adspectum, ampliùs quàm
dium illuminatæ partis ostentat, ac ideo vocatur Ἀμ-
φίκυρτος, *utrimque gibbosa*, quòd non ampliùs alterâ par-
ava, aut rectè secta, verùm tumida ex utraque videa-

uarta demum est, cùm provecta ad Oppositionem Lu-
bvertit nobis inter Solem ipsámque consistentibus, at-
adeò ipsi ad eandem regionem cum Sole spectatis, to-
partem illuminatam; ac integro proinde disco (plenó-
be) fulgens, Plena dicitur, & Græcè Πανσέληνος, quasi
Lunis.

otum porrò est easdem Phaseis Lunæ decrescenti (sed
e retrogrado) quæ sunt increscenti attributæ compe-
, prout iterum sub Trinum adspectum Ἀμφίκυρτος, sub
dratum Δίχοτομος, sub Sextilem Μηνοειδὴς apparet.

otum & eam partem Lunæ quâ est umbra esse semper
e aversam; ac ipsa speciatim cornua in vetere Luna
are ad occasum quæ in recente spectant ad ortum.

otest hæc Phaseon varietas sequente figurâ sic repræ-
ri, quasi Luna à conjunctione orbem suum percurrens,
uccedenter appareat qualis heic per circuli partes
relictas, exhibetur.



Moris verò eſt, ut eadem varietas figurâ proximè con
quente repræſentetur, ut intelligi quadantenus po
quemadmodum circumeunte Terram Lunâ, Sol quidem
ſius dimidium continenter illuminet; ſed ejuſce dim
nunc amplius, nunc minus, nunc nihil nobis obverta
Tametſi ſemicirculi ad Terram oculúmve converſi conc
endi ſunt quaſi ſemiglobi; & curvatura quæ in plano
præſentari non poteſt, imaginatione ſupplenda eſt.

Pa



Pauca quædam heic adnoto. Unum, Quando requiritu
Quare, cùm Phaſes Lunæ omnes demonſtrent Lunam ea
dem ſemper maculas Terræ obvertere, admittant tamen i
ſam volvi circa centrum Epicycli, quo caſu pars globi illi
antica facta in Apogeo, deberet poſtica fieri in Perigeo
Reſponſionem eſſe, idcirco id fieri, quòd ipſum Lunæ co
pus ità revolvatur circa ſui centrum, ut quantum à mo
Epicycli avertitur, tantum à proprio convertatur.

Alterum, Lunam à conjunctione primùm apparere ten
iſſimâ falce, aliquando uno, aliquando altero, aliquan
etiam tertio ſolùm die, (quod idem proportione de e
ante conjunctionem occultatione dicendum eſt.) Quoni
prout eſt velocior aut tardior, & partim propter Zodia
ſitum, partim propter ſui latitudinem, nunc rectiùs, nu
obliquiùs occaſura poſt Solem eſt, aliquando citiùs, a
quando tardiùs à crepuſculi claritate ſic eximitur, ut co
ſpicua effici ante ſui occaſum poſſit.

Poſtremum, Illam Luculam quæ in Luna nova veteréq
præter argentea cornua eſt, reliquúmque diſcum exhib
conſpicuum, ac Secundaria dicitur, Lunæque nativa vul
reputatur, referendam eſſe ipſi Terræ acceptam, quate
Terrâ reflectente in Solem regionémque ipſi circumpo
tam quos ab ipſo recipit radios, reperitur Luna intra ea
regionem, fitque illius particeps. Argumento enim in
cætera eſt, quòd à quadratura ea lux evaneſcat; ut L
nimis procul abeunte, aut nimis procul adhuc abſente ex
reflexionis illius regionem.

Dicendum quidpiam videretur de Phaſibus Venet
ſed ſequente libro de ipſis commodiùs.

CAP. XVII.

De Eclipſi Lunæ.

QUæ Græcè Ἔκλειψις, Latinè *Defectus*, ſeu *Deliq*
dicitur; & in Luna potiſſimùm vocatur præterea
bor, aut Labores.

Est autem Eclipsis Lunæ nihil aliud quàm privatio lucis aris in Luna propter interpositam Terram. Scilicet cùm ra sit opacum corpus, non potest Luna ipsam habere Solíque interceptam, quin Solis luce ob quam fulget ietur & obtenebrescat.

uppono verò rem familiarem; Corpus opacum sphæri- que projicere umbram in partem à lucido aversam, & alem quidem seu cylindricam, si ipsum opacum fuerit ale lucido, decrescentem seu conoïdalem, si minus, in- centem seu caltahoïdem, si majus (nè interim memo- opaci dimidium in primo casu illustrari, in secundo ihil amplius, in tertio aliquanto minús:) ut vel ipsa in- tio schematis sequentis manifestum facit.



imirum exinde intelligitur, cùm Terra minor Sole sit, noïdalem seu turbinatam umbram in partem à Sole sam continuò projiciat, esse quidem Lunam immunem ctûs, si dum est Soli opposita extra hunc conum umbro- sit; sed necessariò deficere, si intra ipsum immergatur.

Constat verò debere Lunam esse Soli oppositam, sive per ipsum Plenilunium; quoniam alias Terra non potest ipsi Solique interjici.

Constat & ipsam non ideo in omni Plenilunio deficere, quòd projiciente semper umbram Terrâ in Eclipticam, Lunaque plerumque ob deflexionem orbitæ suæ ab Ecliptica latitudine ejusmodi sit, ut talem umbram nunc versus Boream, nunc versus Austrum præterfugiat.

Præterfugere autem vix potest senis quibusque proximis mensibus, quòd Sol percurrens Eclipticam bis in anno transeat per Nodos, seu semel per Caput, & semel per Caudam Draconis; ac tum Sole versante prope unum Nodum, vix fieri possit quin Luna ipsi opponatur nunc ampliùs nunc minùs, prope alterum; sícque in umbram plus aut minùs, vel ad Boream vel ad Austrum Eclipticæ, incurrat.

Vix autem, dico; quia rarò quidem, sed interdum tamen contingit, ut Luna umbram præterlabatur intemerata penitus, etiam per annum integrum: quemadmodum speciatim anno abhinc quinto eveniet.

Dico præterea, nunc plùs, nunc minùs; quoniam si existiterint quidem Luminaria in ipsis Nodis, aut proximè illis, tunc & tota Luna immergitur in umbram, creatúrque proinde Eclipsis Totalis, totiúsve disci; & mora intra tenebras major aut minor est, prout centrum Lunæ per centrum sive axem umbræ aut propiùs aut remotiùs transit: nec taceam hùc quoque quidpiam facere velocitatem aut tarditatem motùs.

Scilicet, cùm diameter umbræ sit habeatúrve propemodum triplo major diametro Lunæ, occupétque adeò unum propè gradum cum semisse quâ Luna transit, (idque aliquando altiùs, aliquando humiliùs, prout Apogea aut Perigea est) ipsa aliunde Luna non pervadit nisi unum gradus dimidium intra unam circiter horam.

Potest porrò Eclipsis Totalis & centralis quidem ea proxima Figura intelligi; ut in qua sit A B quidem Ecliptica, C D orbita Lunæ, E Luna primùm ingrediens in umbram,

bram, F Luna ultimùm egrediens, G luna in ipso um-
centro.

Non centralis autem ex consequente, ut in qua Nodus
sit in centro umbræ, sed extra, utputa in H, ac idcirco
a per centrum non transeat.



Nota verò, Eclipseis Totaleis, quæ maximæ sunt durationis, (tales autem sunt præsertim centrales) vix paucis minutis quatuor horas excedere, ac sæpe consistere infrà, quòd motus Lunæ per id tempus non sit semper tardissimus. Nota &dimidium penè hujus temporis consumi in mora intra totaleis tenebras; scilicet tempus Incidentiæ (hoc est, ab initio Eclipseos ad usque Immersionis obscurationísve totalis momentum) nonnisi unius plùs minùs est horæ, ac temporis Regressûs (hoc est, à momento primæ Emersionis recuperationísve lucis ad ipsum usque Eclipseos finem) consimiliter.

Sin fuerint autem Luminaria remotiora à Nodis, tunc potest pars duntaxat Lunæ per ipsam umbram transcurrere, síque fieri solùm Eclipsis Partialis; ipsáque seu major, seu minor, prout distantia ab ipsis Nodis minor majórve fuerit, ac propiùs adeò remotiúsve ab umbræ centro Lunæ transierit.

Et cùm Lunæ diameter intelligatur dividua in duodecim unias, seu parteis æqualeis, quas appellant Digitos, solet defectûs Quantitas per digitos (ac digitorum etiam minuta) repræsentari; & major minórque haberi, quatenus plurium paciorúmve digitorum fit obscuratio.

Potest verò etiam Eclipsis Partialis ex sequente uno alterôve schemate intelligi. Repræsentatur autem in utroque duplex Lunæ orbita, ut intelligatur quamobrem Eclipsis nunc in Austrum, nunc in Boream fiat; cùm prior aliunde insuet deficere interdum Lunam priusquam ad Nodum pervenerit, posterior postquam jam superârit. Quæ eâdem proportione sunt circa posteriorem Figuram Totalium Eclipseon supplenda.

Præterea



Prætereo

Prætereo heic Luculam illam quæ in deficiente Luna observatur (quæque per totalem præsertim Eclipsin tantò rubicundior obscuriórque evadit, quantò magis Luna versus umbræ axem centrúmve accedit) esse videri ex refractione radiorum Solarium, qui prætergredientes atmosphæram terrenam, versus umbræ axem ità deflectuntur, ut ipsam umbram veluti dilutiorem efficiant, ac tantò magis quantò minùs à margine receditur, tantò minùs quantò magis ad axem acceditur, quò radii jam pauci nullíve perveniunt, quibus Luna vix ac nè vix quidem interdum visibilis fiat.

Prætereo & Penumbram illam, seu obscurationem, quæ initio penè inconspicua, addensatur sensim ad marginem Lunæ, (& porrò priusquam disci temeratio quasi falcata appareat) ex eo creari, quòd Terrâ sensim subeunte Solem, lux in Luna sensim minuatur; & is ejus margo evadat sensim, seu magis magísque obscurus, cui plures plurésque Solis parteis præripiuntur. Quod idem proportione dicendum de Penumbra illa quæ sub finem Eclipseos, restituto jam limbo, superstes, idcirco sensim evanescit, quòd plures plurésque Solis partes, subductà paulatim Terrâ, revelentur.

CAP. XVIII.

De Eclipsi Solis.

QUæ Eclipsis dicitur Solis, appositè magis diceretur Terræ; quippe Terra est quæ tunc luce Solis, Lunæ interjectu, privatur, ut Luna deficiens privatur interjectu Terræ, cùm alioquin Sol lucem illibatam retineat. Sed dicatur tamen Sol Eclipsin pati, quatenus respectu nostri deficit.

Deficere porrò nobis Solem ob Lunam interpositam ex eo manifestum est, quòd nonnisi per Novilunia, seu cùm Luna ipsi est conjuncta, deficiat.

Quòd autem non in omni Novilunio deficiat, causa est latitudo Lunæ, quippe ob quam Luna aut suprà ad Boream, aut infrà ad Austrum prætereat, neque directè inter nos ipsúmque Solem transeat; transeat autem solùm cùm

in eodem (proximéve) Nodo in quo Sol: sícque Ecli-
Solis tum solùm creetur, cùm ambo luminaria sunt aut
ul in Capite, aut simul in Cauda Draconis (vel certè
m proximè;) ut ex hac figura intelligi potest.



ud fortassis mirum videatur, quamobrem longè plures
e quàm Solis Eclipses appareant: Sed causa est, quia
us Lunæ quo nobis Sol eripitur est longè minor globo
ræ quò Sol præripitur ipsi Lunæ; ut proinde longè fa-
s Luna incurrat in umbram Terræ, quàm visus noster
nbram Lunæ.

uanquam id accipiendum est de loco Terræ determi-
, ut hoc in quo nos degimus: Nam spectato alioquin
Terræ disco, (dimidióve superficiei quasi plano habi-
nihilo sunt Solis Eclipses Lunaribus infrequentiores,
dem per senos ut plurimùm menseis aliquæ aut heic aut
terrarum contingunt.

l autem ideo evenit, quòd Luna, cùm sit, ut mox di-
n est, longè minor quàm Terra, non possit toti Terræ
o ad Solem converso eripere Solem; sed umbram solùm
iquam ipsius partem transmittere, nunc quidem in hanc,

nunc

nunc verò in illam; unde & solet fieri ut alicubi Terrarum Eclipsis Totalis tum sit cùm alibi partialis solùm, alibi etiam nulla est.

Res intellectu facilis erit ex vulgari hoc schemate; in quo ubi Sol fuerit A, Luna B, Terra C, constat Solem eripi totum à Luna interposita habitanti in puncto Terræ D, dimidium habitanti in E, nihil habitanti in F, veluti etiam plùs aut minùs habitantibus in cæteris locis.



Obiter verò adnotare licet ex hoc schemate, eam diversitatem adspectuum ob Lunæ viciniam creari, ut merito Astronomi de ejus Parallaxi solliciti sint; at non ea solùm quæ Altitudinis, verùm etiam ea quæ tam Longitudinis quàm Latitudinis dicitur, ut ubi & quantamnam sit Solis Eclipsin factura definiant.

Cùm Partialis Eclipsis est, repræsentat solet hâc formâ, & designari etiam per duodenas diametri partes sive Digitos, eorúmque minuta.

Nihil

Nihil interim mirum est, posse totum Solem propter Lu-
m deficere: quoniam tametsi Luna sit minor, est tamen
am nobis propior; ut propterea possit apparens ejus di-
s apparenti Solis disco exæquari, sícque eum totum ob-
gere.

Id tamen discriminis est inter Eclipsin Solis Totalem &
talem Lunæ, quòd ista plerumque cum insigni sit mora,
quam non valente se Lunâ ab umbra terrenabrevi ex-
dire; illa verò nequeat esse cum mora, saltemvalde sen-
li, (neque adeò possint esse valde diuturnæ quæ inter-
n densissimæ etiam sub meridiem creantur tenebræ,adeò
tellæ conspiciantur, aves condantur,aut procidunt, &c.)
d Luna motu suo in ortum Soli subtercurrens, statim
limbo suo orientali orientalem limbum Solis attigit, So-
que adeò totum operuit, incipiat ipso occidentali occi-
talem deserere, Solémque adeò revelare.

Quinetiam contingit interdum, ut quia apparens discus
næ Apogeæ minor est quàm Perigeæ, atque iceo minor
m ipse discus Solis, contingit, inquam, ut dum Apogea
tercurrit Soli, & centrum centro conjunctum habet,
ersit ex Sole totus circùm limbus, quasi armilla aurea,
eúsve quidam circulus; totum scilicet non tegente
nâ.

Quòd si requiras quæ maxima Eclipseos Solis duratio sit,
spicuum esse videtur illam duarum plùs minuseſſe hora-
n. Quippe cùm Luna singulis horis conficiat plùs minùs
us gradûs dimidium, quanta transcurrenda Solis di-
eter est,ideo necesse est,ex quo Luna limbo suo orientali
identalem Solis attigit, Eclipsíque principium fecit,
am insumat, quousque idem limbus ad orientalem Solis
rveniat, mediúmque Eclipseos efficiat. Et quia tunc
ùm limbus Lunæ occiduus ad occiduum Solis pervenit,
em & mox relinquit, adeò ut cessante Incidentâ incipiat
nersio, necesse est horam iterum insumat, quad usque
m limbus ad orientalem Solis perveniat, & ab eo exce-
ns Eclipsi finem faciat.

INSTI-

INSTITUTIONIS ASTRONOMICÆ

LIBER TERTIUS,

SIVE

SPECIALIA COPERNICI ET TYCHONIS SYSTEMATA.

CAPUT I.

Quos imitatus Copernicus in Systemate confingendo fuerit.

CUM sit jam dicendum, Appendicis loco, de Mundano Systemate juxta mentem Copernici, & subindè quidpiam de eo quod non multùm absimile Braheus ipsi substituit; præfandum est. Quicquid à nobis de priore præsertim dicetur, eò spectare solummodo, ut quoniam celebre evasit, cujusmodi sit explicetur, & quemadmodum propugnetur à suis assertoribus: Neque enim nos alioquin sponsores vadésque ipsius præstamus.

Principio verò, cùm Systema Hypothesísve Copernici moveri Tellurem supponat, ideo sciendum est, opinionem quæ terræ motum tribuit esse antiquam admodum, nempe cùm etiam Pythagoræ Pythagoreorúmque fuisse ostendatur; tametsi non omnes ipsam uno modo exposuerint defenderíntque.

Aliqui

Aliqui enim voluere Terram in centro Mundi exsistentem
olvi in ortum circa proprium axem spatio horarum 24.
exinde fieri ut Sol cæteráque Sidera videantur eodem
tio temporis revolvi in occasum.
ta Ecphantus Pythagoreus & Heraclides Ponticus, ac
to juvenis dum esset, & nonnulli præterea alii.
Notandum est autem istos non idcirco ademisse omnem
eribus motum, sed ademisse solùm diurnum, tanquam
ctum ex motu Terræ; & reliquisse quibusque pro-
os, veluti Lunæ menstruum, Soli annuum, Marti bien-
, &c. Videlicet aliâ ratione explicare non pote-
Conjunctiones, Oppositiones, Adspectus alios Pla-
rum.
x quo fit ut mirari liceat censuisse Nicetam, apud Ci-
nem, Cœlum, Solem, Lunam, Stellas, supera denique
ia, stare, neque præter Terram aliquid moveri.
Alii voluerunt imprimis duo quædam constare immota,
irum heinc Sphæram Fixarum, quam ut mœnia Mundi
uerunt, heinc Solem, quem in centro degentem appel-
nt Jovis custodiam, & universi Lareis, seu Focum. De-
inter Fixas & Solem fecere mobileis Planetas, ac inter
s Terram, quam & defenderunt moveri non modò di-
motu circa proprium axem, verùm etiam annuo circa
m Solem.
à Philolaus, Aristarchus Samius, Plato jam maturior,
que Seleucus Mathematicus, & Hicetas, sive Oicetas,
roque enim nomine videtur idem intelligi, imò etiam
e nomine Nicetæ, ut proinde ejus opinio potuerit fuisse
undique ipsi Ciceroni perspecta) insuperque alii non-
.
am Nicolaus Copernicus, qui fuit Canonicus Torunen-
& ante annos paulò plùs centum floruit, imitatus est
e posteriores; sed ita nihilominus, ut suppleverit ali-
quæ fuisse à veteribus animadversa Authores non tra-
t.
x quo autem opinio instaurata ab illo fuit, neque enim
nde restitui à Cardinali Cusano motûs Terræ propug-
natore

natore, seculo antè uno, potuerat) amplexi eam sunt Rheticus, Rothmannus, Mæstlinus, Landsbergius, Schickardus Kepplerus, Galileus, aliíque penè innumeri.

Atque id quidem nè Origanum, Longomontanum,& aliquos alios ex recentioribus memorem,qui adhærentes prioribus, detinentéíque Terram in centro, tribuere ipsi motum diurnum; & tum reliquere Planetis motus proprios explicatiùs quàm veteres, tum concessere Firmamento seu sphæræ Fixarum motum illum lentum, hoc est, revolutionem unam intra annorum viginti quinque millia,de qua superiore libro dictum est.

Heic adnotandum,nomineTerræ Telluríve intelligi globum hunc compactum ex terra speciatim vocata & aquæ ipsi interfusa,& corporibus ex inde prognatis. Hujúsmodi autem corpora habenda sunt Animalia, Plantæ, Lapides, Mineralia,Meteora,Ignis ipse(prout ex pingui, quæ terrena est,materia creatur) Aër etiam seu Atmosphæra (quatenus aliud nihil est quàm textura quædam vaporum corpusculorúmve ex terra & aqua mistísque rebus exhalatorum)ipsaque non altùm admodum evecta, ac solidiorem interim terræ & aquæ orbem eo penè modo quo lanugo malum coroneum circumvestiens.

CAP. II.

Quo proinde situ atque ordine Terram Sideráque habuerit.

INtelligendum porrò est ex subjecto heic schemate quinam sit Terræ ac Siderum, partim juxta antiquos illos, partim juxta Copernicum recentioréíque, dispositio.

Videlicet Regio Fixarum habetur pro Mundi extremo ipsóque penitus immoto,&,quantum quidem ad sensum pertet, orbiculari seu sphærico; tametsi illius figura designi certò à nobis non potest, qui neque superficiem illius extimam videmus, deprehendimúsve in quid, ubi, quo mod

odo desinat; neque intimam etiam ullâ ratione discer-
mus, qui quicquid est sursum, à regione usque superioris
ris, quasi in eadem distantia superficiéve constitutum ha-
mus, cùm & possint Fixæ propiùs remotiúsque dispositæ
e; & quæ inter ipsas apparet inæqualitas tam esse valeat
opter minorem majorémque distantiam, quàm propter
jorem minorémque corporum molem.

l verò habetur pro centro adspectabilis hujus conca-
ationis, seu potiùs illius centrum occupat, ipse pariter
tens immotus. Quanquam licèt immotus sit quatenus
o suo nonexcedit, arguitur tamen in ipso loco, seu circa

suum axem revolvi intra dies viginti septem, ex ipso mot
Macularum quæ in illo sunt observatæ postquam Telesc
pium adinventum est.

Hisce autem duobus quasi terminis immobilibus consti
tutis, disponuntur in interstitio ipsi Planetæ mobiles, ut
pote qui varios motus circa Solem & sub regione Fixarum
obeant.

Ac primò quidem proximè Solem collocatur Mercurius
ut qui circuitum circa ipsum omnium breviſſimum describa
eundémque citiſſimè absolvat, nempe intra menseis quam
proximè treis.

Secundo loco statuitur Venus, quæ ut ambitu superet
Mercurium, sic velocitate superat sequenteis; videlicet cir
cuitum intra menseis septem cum semisse absolvens.

Tertio ipsa Tellus, quæ ut suo circuitu complectitur Ve
nerem, ità ipsam tardiùs absolvit; utputa solùm intra men
seis duodecim, sive annum unum.

Quarto Mars, qui & Telluri circumducitur, & non ab
solvit circuitum nisi annis proximè duobus.

Quinto Jupiter, qui & Martem pari ratione circumit, ne
circuitum nisi annis proximè duodecim non absolvit.

Sexto Saturnus, cujus circuitus cæteros omnes comple
ctitur, & absolvitur solummodo intra annos proximè tri
ginta.

Adjicit Copernicus, Terram inter Venerem Martémque
locatam tantâ intermeare ab utroque distantiâ, ut in ip
eorum interstitio circumductam sibi habeat tanquam alte
clam Lunam, quæ unà cum ipsa ità transvehatur circa Solem
motu annuo, ut interim tamen motu menstruo ipsi Terræ
circumferatur.

Adjicere deinceps licuit incedentem pari modo Jove
inter Martem ac Saturnum, eâ ab illis ferri distantiâ, ut
ipsorum interstitio circumductas sibi habeat tanquam alte
clas quatuor quasi Lunas, sive mavis stellulas, solo telesco
pio conspicuas, & Medicea Sidera à Galileo indigitata,
quæ unà cum ipso Jove ità circa Solem vehantur motu de
decenni, ut interim tamen motus peculiareis circa ipsum
obeant.

eant; intima die uno cum dodrante, succedens diebus tri-
is cum semisse, tertia diebus septem cum sextante, extima
ebus sexdecim cum besse.

Adjiceremus Saturno quoque circumferri duos assectas,
ui duo orbiculi ad latera ejus interdum apparent eadem
mâ constanter forent, & non interdum acuminarentur,
orrecti que quasi brachiis, relictóque medio intervallo,
si ansulæ Saturno hærerent; interdum quasi unum
mque cum ipso corpus evaderent, provectis contractis-
heinc indè versus extremas cuspides intervallulis, ac
â insuper varietate Saturni corpus transformarent, ut
pectandum omnino sit quousque tota & facierum &
iodorum diversitas observata sedulò fuerit, priusquam
uid pronuncietur.

djiciendum quinetiam erit, circumferri duos Veneri, si
am sit, quod scribitur, observatos duos ante paucos men-
à Fontana Neapolitano, qui eximio illo suo telescopio
ibetur etiam in Marte detexisse quasi globulum ad cen-
n, & proximè oram circulum quasi nigricantem; utì &
ove duas tresve transversas nigricantes fasciolas, cujus-
di nihil nos adhuc potuimus telescopio nostro, Galileano
ipsóque præclaro, deprehendere.

Itcumque sit, constare potest esse Planetas quosdam
narios ac veluti Principes, utputa Mercurium, Venerem,
urem, Martem, Jovem, & Saturnum; quosdam secun-
os ac veluti pedissequos, lunas nimirum, tam Terre-
, quàm Jovialeis, quàm cæteras, quæ reliquis globis
unt circumduci.

ostremò, censuit Copernicus spatium à Saturno ad usq;
s interceptum esse ingens ac penè immensum. Quippe
istantiam Fixarum à Terra tantam fecit, ut non modò
Terræ globus ad regionem Fixarum collatus puncti in-
sit, quod à nemine non admittitur, sed puncti etiam
r sit quem ipse alioquin Magnum orbem dicit; ipsum
et quasi cœlum Terræ, sive in quo Terra circuitum cir-
olem peragit, cujúsque adeò semidiameter est ipsa inter
ram Solémque distantia.

CAP. III.

Cujusmodi triplicem motum Telluri attribuerit.

SUppositio Telluris loco, triplex motus est quem illi Copernicus tribuit, Diurnus, Annuus, Inclinationis.

Diurnus est ipsa Telluris revolutio circa proprium axem, idque tendendo versus ortum, & peragendo circuitum intra horas 24. Adeò ut eadem Terræ pars (v.c. hæc in qua nos versamur) nunc in Solem conversa die fruatur, nunc aversa patiatur noctem : ac ipsæ interim cœli partes quæ ex occidente quasi occurrunt reteguntúrque, oriri appareant; quæ ex oppositio retro abeunt occultantúrque, occidere.

Annuus est ipsa ejusdem Telluris progressio per Zodiacum, hoc est sub Signis Zodiaci ; dum inter Venerem Martémque incedens, & in orientem etiam contendens, circumducitur ipsi Soli, ac circuitum peragit, ut jam dictum est intra annum. Nempe dum ejus superficies diurno motu circa centrum axémve proprium convolvitur, ipsum interim ejus centrum provehitur sensim juxta successionem Signorum ; eo modo quo voluto supra planum globo, ipsius centrum secundùm longitudinem plani promovetur, donec interim superficies circa centrum axémve globi revolvitur.

Fieri autem vult ex hoc motu ut, quia Terrâ existente inter Solem & unum Signum, Sol tum tegit oppositum, & dicitur in illo esse, idcirco Terrâ constitutâ v. c. in Libra Sol esse appareat in Ariete, & transeunte Terrâ ex Libra in Scorpionem, appareat Sol transire ex Ariete in Taurum, ac ità deinceps. Adeò proinde ut Terra sit quæ Zodiacum reipsâ percurrat describátque Eclipticam, Sol verò ipse qui percurrat describátque apparenter.

Motus demum Inclinationis Declinationísve est ipsa inflexio axis Telluris à paralleliſmo cum axe Eclipticæ, & continentia in perpetuo sui secum in quovis situ paralleliſmo ob quem aliunde & semper maneat axi Mundano paral-

, & æquatorem Terræ contineat ipsi æquatori Mundi par-
elum : sícque dici hic valeat non tam reverâ novus mo-
, quàm quædam quasi motuum superiorum modifica-
. Potest autem eodem proportione modo intelligi fieri,
dum puerorum turbo supra planum convolvitur, cir-
óque varios cuspide describit, ipse illius axis tum con-
t se sibi parallelum, seu in situ semper perpendiculari,
continet quoque basin turbinis ipsi horizonti semper
allelum.

Nimirum si in Magno orbe, de quo est paulò antè di-
m, concipias tum Eclipticam, tum intersecantem ipsam
uatorem, cujus planum intelligatur esse in Fixas usque
ductum, ac simul Axis per Solem transiens intelligatur
andem regionem, quousque in polos desinat, traductus ;
e deinceps Terram esse in principio Arietis, & ipsius
atorem cum Mundi æquatore illiúsve plano coïncidere :
tunc sanè axis Terræ axi Mundano parallelus. Conci-
dum autem præterea solùm est, dum Terra exinde ver-
Taurum porróque progreditur, illius axem non divari-
, sed contineri semper sibiipsi & axi Mundano paralle-
ex eóque fieri ut ejus æquator Mundi æquatori paral-
maneat.

em non malè capies, si acceptâ præ manibus vulgari
erâ, ipsam habeas pro magno orbe, globulúmque adeò
num pro Sole, axem pro portione axis Mundi, & Æ-
orem pro circulo in plano Æquatoris Mundi consi-
e ; ac tum ad manum quoque assumas globulum quem-
suo axe trajectum, quem pro Terra ducas, & ipsum
pplices Sphæræ ad initium Arietis, ut in ipso plano
atoris sit, & axiculum suum ipsi axi Sphæræ paralle-
habeat : deinceps autem globulum sic sensim & ex or-
traducas per Eclipticam, ut & axis axi, & æquator
atori parallelus indefessè teneatur.

uinetiam, quantum licet in plano rem utcumque repræ-
tre, esto in schemate sequente A B C D sphæra fixa-
, A C axis Mundi, E F G H magnus orbis, ac in
s superficie F H Æquator, ejúsque axis transiens per

Solem (in centro subesse intellectum) E G. Esto Ecliptica I K, & Terra per ipsam incedens multiplex ille orbiculus suo ubique axe suóque Æquatore notatus. Cernere licet, si Terra quidem in Æquatore magni orbis fuerit, habere ipsam suum Æquatorem cum Æquatore Mundi coincidentem, & suum axem non coincidentem quidem cum axe Mundi, sed parallelum tamen ipsi (nimirum concipiendum est axem A C, vel ejus portionem E G, per centrum magni orbis



transire, axiculum verò LM esse in ejusdem orbis superficie. Sin Terra extra Æquatorem magni orbis fuerit, tueri ipsum semper suum Æquatorem ipsi Æquatori Mundi parallelum & axem axi similiter; neque pati unquam ut divertat versus axem Ecliptice, qui heic esse intelligitur N O.

Notan-

Notandum verò obiter, cùm dici heic audis Æquatorem undi, Axem Mundi, Polos Mundi, id fieri retentâ denominatione ex vulgari Hypotheſi, quatenus Terrâ revolutâ ortum, totus Mundus apparet revolvi in occaſum ſecunm hunc Æquatorem, circa hunc Axem, ſuper his Polis; i reipsâ nihil aliud ſint quàm Æquator, Axis & Poli ipſinet Terræ diurno motu circumvolutæ.

Quamobrem porrò Tertius hic motus excogitatus inveſque à Copernico fuerit, aliquantò pòſt commodiùs diur.

CAP. IV.

amobrem de motu quietéve Telluris aut Siderum fidendum Senſui non duxerit.

QUoniam verò iſtíne motus Telluri competant annon in controverſiam vertitur, & res videtur debere ſenſu ratione dijudicari; ideo ſtatuit Copernicus dirimi hanc m ex eo quod ſenſui apparet non poſſe.

ɔiquidem, ipſo etiam Ariſtotele atteſtante, ad hoc ut res moveri appareat, nihil prorſus refert ipsáne an oculus ens moveatur, utrovis enim modo motus imputatur rei ab oculo; ac ipſe quoque Philoſophus, ad rem mondam, utitur exemplo navigantium, quibus à portu ſoltibus apparet terra recedere,

Provehimur portu, terræque urbéſque recedunt.

Quocirca, ait Copernicus, ad hoc ut Aſtra tendere in aſum appareant, nihil intereſt ipsáne eò reipsâ tendant, ſpectatoris oculus unà cum Terra tendat in ortum, cùm ɔvis modo ea ſint apparitura tendere in occaſum. Et ut appareat ex Cancro in Leonem diſcedere, nihil refert everâ diſcedat, an ſpectator ſit qui unà cum Terra diſat ex Capricorno in Aquarium, cùm Sol utrovis modo ariturus ſit ex Cancro in Leonem tranſire.

Videtur proinde res ſic concipienda, ut ſi quis Mediterra-

neus marisque inexpertus transferatur dormiens nesciensq in navim. Nam ut iste expergefactus juraturus sit accedere littus aut recedere, navim verò stare immotam, quatenus omneis navis parteis eodem semper situ inter se manere conspiciet, & nautas per ipsam, ut per domum terræ hærentem, quiescere, discurrere, scandere malum, &c. ac ipsum littus interim evadere aut accedenti propiùs, aut recedenti distantiùs, sic nos in ipsa Terra nati, educati, assuefacti, (quod est adhuc amplius quàm esse translatos) facilè juratum sumus Sidera esse quæ nobis oriantur aut occidant, Terram verò immotam esse, quòd omneis ipsius circumpositas nobis parteis eodem semper situ inter se observemus, & in ipsa, ut in domicilio fixo, quiescamus, variéque moveamur; ac aliunde Sidera extra ipsam posita in situm interim altiorem depressiorémque nobis evadant.

Discrimem solummodo est, quòd ille exire è navi, & in portu se sistere, unde hallucinationem deprehendere colligeréque liceat, possit; nobis verò exire è Terra in fixum locum non liceat, unde moveri Terram experiamur, fallaciámque nostri visûs emendemus.

Heinc, quia donec in terra sumus oculus est semper eodem modo affectus, atque idcirco incapax quo dijudicari controversia possit, Terráne moveatur annon, ideo solus supereſt Ratio, quæ facem quasi præferat, & utra pars problematis sit potissimùm probabilis doceat.

Opinatur porrò & Copernicus, & qui ab ejus partibus stant, suffragio Rationis se esse potiores. Id autem cognoscendum est tum ex iis rationibus quibus sententiam suam propugnant, tum ex iis exceptionibus quas rationibus impugnantium opponunt.

CAP

CAP. V.

Quæ visæ magis congruæ rationes ad adstruendum motum Telluris Diurnum.

NAm quod ad Diurnum quidem motum spectat, Tollitur primò, inquiunt, vastissima illa Primi mobilis æra Firmamento super-exstructa, & ad hoc solùm excota ut inferiora omnia abripi ab ipsa diurno motu intelliitur. Nimirum Terra simplici corpusculi sui versus ortum olutione Primi mobilis vice fungitur, ac tantum præs quantum ea Sphæra, cœlos interim sideráque omnia abore sublevat, ut incessantem illam abreptionem haudquam patiantur.

tque id quidem pro genio Naturæ, quæ nunquam præper ambages quod potest per compendium, neque plura quoties quid potest æquè commodè per pauci-

ecundò, tollitur proinde insana illa rapiditas quâ necesse iphæram illam ferri. Quòd enim etiam rapiditas in moerræ objicitur, quatenus assumptum in ejus Æquatore tum celeritatem bombardici globi dum è fistula exit latur, quàm immaniore quæso pernicitate necesse est acceptum punctum in ipso æquatore Primi mobilis, etiam acceptum in Æquatore Firmamenti, juxta comem sententiam, abripiatur necesse sit quinquagies milrapidiùs quàm ejusmodi punctum Terræ?

t prætereatur interim, Naturam, harmonicè omnia tantem, non pusillas res ad quietem, ingenteis ad mo, verùm illas potiùs ad motum, has ad quietem, comre. Atque heic quidem id tantò magìs, quantò aliunerra ex natura figuræ suæ volubilis est, extremum verò idi corpus cujus figuræ exteriùs sit, ut paulò antè din, nescitur; cùm & ejus esse probabile sit quæ sit ad scendum consistendúmve maximè idonea. Nam & d alio quin tanta machina, quatenus est totus Mundus,

incer-

incessanter circumrotetur, & pernicitate quidem inexcogitabili, sola hæc Terræ pilula, habita pro puncto, immo consistat, invariatáque maneat, quî haberi congruum a concinnum possit?

Tertiò, tollitur perpetua violentia inferioribus cœlis facta; dum præter propriam inclinationem quâ in ortum tendunt, principium extrinsecum est quod vim in regionem oppositam imprimens ipsos in occasum abducit. Ac si forte quidem violentia naturæ inclinatione minor, res videri posset tolerabilis; at illam ità excedere, ut sit in Saturno plus quam decies millies ac septingenties major, & tantus hic excessus multiplicetur in Firmamento plusquam octingenties nonagies, quî videatur res posse tolerari?

Ex quo fit proinde, ut mirari liceat, Authores communis sententiæ alienum esse existimare à natura perfectionem divinorum corporum, ferri inæquabiliter; & reputare indignum ut ipsa eadem corpora distrahantur tantopere: & cùm revereri Naturam videantur, non vereri eam tamen in ipsam inferre infandam violentiam, ac profanam præsertim Nihil quod violentum sit diuturnæ esse durationis.

Quartò, tollitur ea absurditas, nisi impossibilitas potius quam non satìs cavent qui volunt sphæram inferiorem inter superiorem revolvi, & simul ab ea abripi. Nempe, cùm oporteat ambas superficies, convexam scilicet illius & concavam hujus, esse ut contiguas, ità æquabilissimas, contiguas profectò impressionem fieri hoc casu nullam posse, propter invariatum utriusque in suo loco situm, atque adeò propter defectum pressionis, quæ sine excessu è loco aut commissione partium intelligi fieri aliqua non potest.

Nè addatur, cœlestia spatia convinci esse fluida, non verò sphæris solidis quæ abripiantur occupata, tum Phasibus Veneris, de quibus aliquantò pòst, tum ex Cometarum per ea trajectione, tum ex defectu refractionum, tum argumentis id genus aliis.

Quintò, tollitur contrarietas, seù distractio motûs eidem Planetæ in parteis contrarias, ac unus duntaxat, in

m partem, & ipse quidem admodum moderatus, relin-
ur motus. Nam Saturnus, exempli gratiâ, non singulis
us circumibit Terram ; sed Terrâ hoc motu ipsum sub-
nte, totis solùm triginta annis perlustrabit Zodiacum
el: & Luna non tricies circumibit Terram in mense ; sed
râ hunc motum recipiente in se, circumibit semel dun-
t : & sic de cæteris Planetis.

ari autem ratione Cometæ, si qui sursum appareant,
ferentur simul & suis trajectionibus & abreptu mobilis
i ; sed suis trajectionibus solùm agentur per æthera, ac
s interim diurnus ipsis affingetur ex ipsa Terræ revo-
ne. Ac pari rursus modo, si Novæ quæpiam Stellæ in
nascantur quæ specialibus careant motibus (ut celebris
nni 1572. in constellatione Cassiopeiæ visa, & alia
s anni 1604. in pede Serpentarii, tum cùm ibidem
na conjunctio trium superiorum Planetarum fuit) pari,
am, modo hæ stellæ perinde constabunt ac perpetuæ
; Terra verò perinde illis motum diurnum, sui revo-
ne, ac Fixis perpetuis affinget.

stremò aiunt, ut congruum est magis circumlustrari
vi maritimam oram quàm ab ora ipsam navim ; con-
ex ordine Oratoris faciem ad varias auditorii parteis,
totum circùm auditorium ad faciem oratoris immo-
& alia id genus similia : ità videtur magis congru-
convertere Terram seipsam ad parteis cœli varias,
totam regionem cœlestem ipsi immotæ circumferri,
tissimùm cùm, ut dictum est, idem utrovis modo ap-
it.

intò autem est, addunt, magis consentaneum convertere
am parteis sui varias in Solem, quàm Solem ipsum va-
Terræ parteis circumlustrare, quantò ipsa est Terra
Sole, non Sol qui Terrâ indiget ; cùm sit magis secun-
naturam, ut quod alio eget versus illud tendat, quàm
n nihil egens versus id quod eget.

CAP.

CAP. VI.

Quæ viſæ magis congruæ ad aſſerendum Annuum.

QUod attinet verò ad Annuum, Primò quidem inq
unt, cùm Sol ſit veluti cor,& lucis,caloris vigoriſq
fons, quo tota regio Planetaria perfunditur ac ani
tur, locus ipſi maximè congruus in omnium medio trib
tur; nempe ut opportunè conſideat is Moderator, & qu
Princeps,

Ad cujus numeros & Dii moveantur, & orbis
Accipiat leges, præſcriptáque fœdera ſervet.

Certè illa Solis circumvolutio propemodum menſtrua ci
ca proprium axem, de qua paulò ante,occaſioni eſt ut co
cipiant Solem emiſſis à ſe radiis compellere omneis Pl
netas ad imitandum eundem motum; ac fieri exinde,
quò unuſquiſque Planeta Soli propior eſt, eò citiùs circu
tum abſolvat, tanquam potentiùs propter radios conſeriu
res circumabductus. Neque verò ad hoc obſtare aut de
bilem radiorum vim, aut Planetarum corpoream mole
Nam Planetas quidem ex ſe neque graveis neque leveis eſſe
ac ideo poſſe minimo impulſu momentóve mutare locum
Radios verò quos experimur impingi, reflecti, ſubingred
diſcutere, exurere ac diſſolvere corpora, poſſe eâ vi pe
lendi eſſe præditos,quâ Planetas nullatenus reſiſtenteis m
veant atque circumducant.

Secundò, ſi diſpoſitionem tam quoad Magnitudine
quàm quoad motum Planetarum ſpectes,erit Mercurius m
nor ſimul & celerior Venere,hæc Terrâ,hæc Marte,hic Jo
hic Saturno; quæ ſeries & concinna eſt & inſtituto natu
digna. Ac ſeries quidem motuum citra omnem contro
ſiam eſt; quod ad magnitudinum verò ſeriem ſpectat, n
deſunt quidem qui exiſtiment Terram eſſe non modò M
te, verùm etiam Jove majorem: ſed nempe cùm res pe
deat ex limitatione parallaxeos & apparentis diame
quod negotium eſſe aleæ plenum ſuperiùs inſinuatum e
mir

um nihil est aliquibus secùs quàm cæteris videri.
Utcumque autem sit, saltem constat in vulgari Systemate
l esse posse perturbatius, tam quod ad magnitudinum
m quod ad motuum seriem spectat. Nam in eo Luna
Mercurio major, hic minor Venere, hæc minor Sole, hic
or Marte, hic minor Jove, hic major Saturno. Et rur-
novetur Luna motu menstruo, Mercurius annuo, Venus
n, Sol pariter, Mars annis 2. Jupiter 12. Saturnus 30.
amentum 25000. Nona sphæra 1700. Decima 3400.
um mobile horis 24.

ertiò, præclarè exinde explicatur, quam ob rem Mercu-
& Venus non multùm digrediantur à Sole, neque un-
n Terram se inter ac Solem constitutam habeant;
s verò, Jupiter ac Saturnus digrediantur summopere, ac
am interdum se inter ac Solem intercipiant. Nempe vel
Systematis inspectio rem clarè demonstrat: cùm juxta
nunem sententiam fingere lineam inter Terram Solém-
ensam oporteat, in qua centra Epicyclorum tam Mer-
quàm Veneris quasi illigata cohæreant; & ab hac
n illigatione centra Epicyclorum Martis, Jovis ac Sa-
libera sint; neque afferri alia disparitatis ratio quàm
matis inconcinnitas possit.

e memoretur interim, quàm immanem fieri oportu-
œli Veneris crassitudinem, ut intra ipsam tantæ capa-
s excavaretur Epicyclus, qui digressiones maximas
indè à Sole complexurus, ostentaret diametrum quar-
ampliùs parti ambitûs cœlestis subtensam.

uartò, præclarius adhuc est, quòd ex hoc Systemate &
Telluris per Zodiacum suppositò tum farrago illa
yclorum aboletur, tum omnes Planetarum Stationes
edationésque tolluntur, tum unusquisque Planeta suo
motu unóque tenore ac in eandem partem constantissi-
gitur, ut sanè decet corpora tanta; ac interim quicquid
onis Retrogradationisque, & in ipsa quoque directione
ationis motus est, affingitur ipsis Planetis à visu, ob
am inter eos translatam.

Quippe

Quippe quod ad Mercurium quidem Venerémque attinet, non ii alternis in consequentia tendunt, in antecedentia regrediuntur; sed qui spectarentur ex Sole, ut centro suorum motuum, ire semper in consequentia, ac uno tenore Zodiacum percurrere, necesse est nobis, qui extra hoc centrum extráque ipsorum circumductus versamur, apparear ire rediréque; & dum nos interim circa idem centrum sed lentiùs, circumducimur, appareant itus reditúsque nu in his, nunc in illis locis Zodiaci perficere.

Cùm Stationes verò perinde in hac atque in commu Hypothesi intelligantur, non apparere ipsas tamen in e scensu, aut ascensu per Epicyclum inter Solem Terrámq contentum, sed potiùs per circulum cujus centrum sit ip Sol, (adeò ut hi duo Planetæ nunc infra seu citra Sole veniant, nunc tantundem supra ultráve eum abeant; quo & Ægyptii veteres, & postea Martianus Capella, aliqu nonnulli opinati sunt) tum alia quædam arguunt, tu ipsæ Phases Veneris telescopio observatæ convincunt.

Venus scilicet apparere plena (proximéve) non pote cùm vesperì à Sole emergit, & ad Stationem primam tendi nisi quia ultra Solem facta, hemisphærium sui (aut quam proximè) illustratum nobis obvertit. Neque dimidiata cùm circiter medias versatur longitudines; nisi quia obvert dimidium duntaxat ejusdem. Neque corniculata cùm infe descendens redit ad Solem vesperì; nisi quia dimidio minus Neque rursus corniculata cùm manè à Sole emergens pro perat ad Stationem secundam; nisi quia tunc quoque obver tit minus dimidio. Neque rursus bisecta sub medias lo gitudines; nisi quia iterum dimidium. Neque demum itera plena cùm manè Solem repetit; nisi quia rursus hemisphæ rium totum (proximéve) illustratum obvertit.



æ omnia quidem intelligi vel ex sola schematis appo-
spectione possunt, quatenus Phases quæ ad lævam
ris discum referunt qualis oculo exhibetur, & quæ
xtram sunt, insinuant exhiberi alium non posse ob di-
tm globi illustratum, quod semper quidem Solem re-
at, sed nunc plùs nunc minùs convertitur ad oculum,
aver-

avertitúrve ab oculo. Prætereo autem notum esse, si Ve ferretur in Epicyclo qui esset infra Solem totus, ipsam n quam non modò plenam, sed nè exquisitè quidem dimi atam, apparituram.

Quinetiam nunquam appareret telescopio exilissima, d evadit plena, neque amplissima, dum corniculata, nisi p na foret in celsissimo, & corniculata in humillimo situ. D co autem telescopio; quoniam alioquin nudo visu ta penè apparet dum non longè est à conjunctione ultra, qu dum non longè est à conjunctione citra Solem; quod i riâ luce circumradians, (utì & luminosa omnia procul è tenebris visa) tametsi illeic sit orbe exilis, circùm tam tota refulgeat, heic nonnisi falce sit tenui, ea tamen, qu aliunde sit majoris orbis portio, præstet ut tunc Venus terdiu videatur, quæ perinde interdiu donec plena est vid ri non potest.

Quod ad Martem verò ac Jovem Saturnúmque attin non ii alternis directà eunt, cursúmque reverà reflectun sed qui spectarentur ex Sole (& ex Terra quoque, si q esceret) tendere semper in consequentia, necesse est no qui intra ipsorum circuitus & celeriùs quidem quàm ipsi orbem movemur, necesse est, inquam, Regredi appare quoties versus eandem regionem, ac prope ipsos facti p tervadimus, Solémque ex parte altera habemus; quali nempe sic assequendo, & mox à tergo sic relinquendo, visus noster ad stellas Fixas, non jam consequenteis, sed tecedenteis, illos referat.

Ex oppositò verò necesse est Dirigi seu in consequ moveri appareant, quoties in oppositas parteis imus, Terra sic progreditur ut Solem ipsósque ad eandem p tem habeat, & visus illos referat ad stellas Fixas co quenteis.

Necesse est demum ut Stare appareant, quoties à re ne oppositа in eandem aut ab eadem in diversam tra mus; quòd Terra tunc ità moveatur ut visus per aliq tempus referat ipsos ad easdem stellas. Quæ omnia ex ipsa inspectione depicti antè Systematis, & ficti

mot

otuum per circulos proprios, intelligi possunt.

Quintò, cùm proinde mirabile sit, fieri semper hosce
netas in oppositione cum Sole Retrogados, in con-
ctione Directos, nunquam aliis locis aut temporibus,
possit communis opinio causam dicere cur id fiat;
it tamen ista præclarè ex dispositione Systematis, juxta
m prorsus necesse est ut res fieri hoc modo, non alio,
pareat.

Quinetiam præclarè simul causam dicit cur hi tres Pla-
æ adeò magni sint in oppositione, seu quo tempore
onychi sunt, præ reliquis temporibus: nempe quia tunc
ra proximè eos transit.

Cur item Retrogradationes sint in Saturno frequentio-
quàm in Jove, in hoc quàm in Marte: nempe quia
ra sæpius Saturnum lentissimum, quàm Jovem paulò ve-
orem, assequitur; ac Martem citissimum omnium ut
iùs, ità infrequentiùs.

Cur ex oppositio Retrogradationis arcus in Marte major
m in Jove, in hoc quàm in Saturno sit: nempe quia
tis Retrogradatio ob propinquitatem propiùs incipit,
esinit longiùs, quàm in Jove; & ob eandem rationem
oc quàm in Saturno; atque ità de cæteris.

Denique, cùm cæteri Planetæ Retrogradi & Stationarii
areant, quorsum id non competere Lunæ ac Soli existi-
nus, nisi quia Luna quidem nobis, ubicumque simus,
uam circa centrum circumducitur; Sol verò ipse est
quem ipsi semper circumducimur; neque ille potest
videri semper procedere in consequentia, ad oppositam
s partem?

CAP. VII.

Quæ visæ demum magis congruæ ad motum Tertium inducendum.

QUod tandem spectat ad Tertium motum, seu mavis expositam illam in paralleliſmo axis continentiam, fuit imprimis excogitatio illius necessaria, ut dierum & noctium, æstatísque & hyemis vicissitudo observetur.

Nimirum, si Terrâ translatâ per Zodiacum, conceptus in ipsa Æquator in idem cum Ecliptica planum coincideret, ejúsque axis fieret axi Eclipticæ parallelus, quælibet pars Terræ haberet perpetuò suum horizontem in eodem situ ad ipsum Solem; neque Sol proinde oriretur unquam aut occideret, sed vel perpetuò appareret, vel perpetuò occulteretur, ac aliunde neque attolli neque deprimi unquam appareret; sícque nec dierum nec tempestatum efficeretur ulla variatio.

At Æquatore Terræ secante Eclipticæ planum, & axe illius constante in sui secum paralleliſmo, fit ut horizon cujusque loci situm cum ipso Sole commutet; & non modò interdum diem, interdum noctem, propter Solem nunc exhibitum, nunc subductum, faciat, sed etiam nobis v.c. ad Boream exsistentibus tumor Terræ obsit, nè Terra versante in Signis Borealibus Solem habeamus adeò altum apertúmque ac donec versatur in Australibus, atque adeò nè dies habeamus tam longos, nec calorem adeò vehementem sentiamus. Quod vel ex sola applicatione circumductionéque memorati globuli supra vulgaris sphæræ Zodiacum (servato semper paralleliſmo, ac designato in globuli puncto Lutetiæ situm repræsentante) intelligi facillime potest.

Secundò, ut declaretur quomodo Poli altitudo in unoquoque Terræ loco eadem seu invariata maneat.

Videlicet Terrâ versante in Cancro, pronum videtur existimare, debere nobis Polum Boreum apparere longè altiorem

n quàm versante in Capricorno. Enimvero ex hoc par-
elismo efficitur ut æquè altus, ubicumque Terra versetur,
pareat. Res autem hoc modo concipienda est.
Repetatur hoc loco schema capite tertio propositum, ac
lligatur E G axis per Solem transiens produci heinc indè
egionem usque Fixarum, desineréque in puncta A C,
e appellentur Poli Mundi.



telligamus & axem Terræ continuatum heinc indè ad
s esse successivè P Q, R S, &c. ac describere annuo
mductu circa axem Mundi superficiem cylindricam
columnarem, cujus bases sint duo circuli circa Polos
ripti, habentésque pro diametris lineas P T, Q V,
aleis diametro magni orbis F H.

Intelligamus rursus tantam esse distantiam ex orbe magno usque ad Fixas, ut spectata heinc ea columna,& decrescere continenter visa,(eo modo quo solent parallela omnia in longum producta) desinere tandem ad utramque partem in acumen appareat,& duæ illæ bases geminíve circuli circa polos descripti habeantur ut puncta.

Ex his simul intelligemus, ubicumque Terra in Zodiaco Magnóve orbe exstiterit, exstantem supra Horizontem Polum constare eundem, seu apparere altitudinis invariatæ. Quoniam tametsi axis Terræ alias aliásque orbis parteis circa Polum Mundi respiciat, intercapedo tamen harum omnium partium quasi punctum ad visum sit, totus complexus circuli circa Polum descripti pro eodem reputetur.

Tertiò, ut explicetur quî fiat ut eædem stellæ verticales semper sint, magnitudinísque ejusdem appareant.

Quippe cùm,si Terrâ exsistente in Cancro,Stellæ aliquot nobis transeunt ad verticem, eæ transituræ non videantur pari modo ad verticem,neque appariturræ tantæ,ubi fuerint in Capricorno.

Enimvero quemadmodum altitudo Poli, ut dictum est, perseverat eadem ob memoratum Parallelismum: sic necesse est ut,ob ipsummet,stellæ verticales eædē perseverent utpote retinentes semper eandem ab ipso Polo distantiam.

Ac verum est quidem, Terrâ exsistente in Capricorno verticem nostrum tendere ad punctum regionis Fixarum tantundem distans ab eo in quod tendit, dum terra in Cancro versatur, quanta distantia inter ipsos magni orbis Tropicos est. At si hic totus orbis instar puncti est ad totam Fixarum regionem collatus, à fortiore, erit parva ejus portio, distantia nimirum inter Tropicos.

Quam ob rem heinc fit, ut non eædem quidem partes regionis Fixarum vertici heic illeic reverâ respondeant, respondeant tamen eædem ad sensum : neque mirum si eædem stellæ, quæ sensibiles cœli partes sunt, verticales constanter maneant.

Fit verò quoque ut ipsa stellarum magnitudo invaria-

pareat, quòd ubicumque Terra sit, ex eodem quasi puncto piciatur.

Quartò, ut ostendatur quæ descripta superiùs est Æquitiorum Præcessio, seu motus ille lentus in ortum, qui tavæ sphæræ seu Firmamento tribuitur.

iquidem stellæ Arietis non videntur aliâ ratione recesjam ab Æquinoctiali puncto intra duo annorum millia inta penè gradibus, quàm quia sunt reipsâ progressæ ius consequentia.

ttamen, quia idem est appariturum, seu stellæ reipsâ Equinoctiali puncto versus consequentia recedant, seu mÆquinoctiale punctum recedat à stellis versus præcedentia; ideo assumpsit Copernicus, istum motum Inclinas axísve continentiam sic fieri, ut non assequatur præmotum centri; ac faciat proinde ut Æquator secet quotEclipticam aliquantò citeriùs, efficiátque adeò æquiiale punctum in parte Eclipticæ aliquantò antecedente. nde & eveniat ut, dum Æquinoctiale punctum transit æcedentia, (ex quo fuit hic motus ab eo Præcessio seu cipatio æquinoctiorum appellatus) relictæ partes Ecli-, atque adeò stellæ Arietis, & aliæ, tantundem transire rogredi in consequentia appareant.

æ ille subindè adjecit, ad salvandam partim inæquam hujusmodi motûs Præcessionis æquinoctiorum, parvariationem obliquitatis, maximæve declinationis Ecæ, (dum ideo sufficere voluit, ut axis terrenus descríspeciem intortæ corollæ, hâc formâ (8) quòd eundo in n & redeundo in occasum acceleratio retardatióque motûs fieret; & eundo in Boream ac redeundo in rum incrementum decrementúmque Declinationis crearetur) quæ, inquam, hac de re adjecit, ideo metu necessaria non sunt, quòd utriusque Phænomeni vationes sint incertiores quàm ut de iis debitè constet, nmorandum in iis videatur.

tìs esto, visum fuisse magis congruum hæc quæ sunt huc relata in ipsum Terræ globulum, quàm aut in Solem a Sphæram Fixarum immensam, referre.

Addámne autem Quintò, Partim ex noc motu, partim ex superioribus, visum Galileo fuisse magis congruum explicare Æstum seu Fluxum & Refluxum Maris, quàm illum referre ad influxum Lunæ, aut ad aliam quamlibet excogitatam hactenus causam?

Nam ut aqua vase contenta, ipsóque translato refugiens, non hæret quasi accumulata, sed refluit prorsum, translatio fiat inæquabiliter; ità voluit mare contentum Terræ cavitatibus, & versus occasum refugiens dum ipse versus ortum transfertur, non hærere, verùm refluere, ac iterum reciprocari, si contingat ipsum ejus quasi vas inæquabiliter transferri.

Transferri porrò inæquabiliter ex eo probavit, quòd licèt quilibet trium motuum æquabilis secundùm se sit; facit tamen eorum commistio, ut assumpta certa superficiei Terræ pars inæquabiliter moveatur.

Nam ea v. g. in qua est mare mediterraneum ità constanter versus ortum motu annuo abripitur, ut interim motu diurno revoluta habeat dimidium revolutionis hujusce consentiens cum annuo, dimidium dissentiens; sicque dum ambo motus conspirant, feratur velociùs in ortum, dum alter duntaxat eò tendit, feratur tardiùs: ac bis quavis die feratur æquabiliter; semel scilicet dum à velocitate in tarditatem, semel dum à tarditate in velocitatem transit.

Itaque ex hac inæquabilitate oriri ille voluit reciprocationem Æstûs geminam singulis diebus contingentem.

Sic verò, quia diurnus motus nunquam obliquè, sed semper directè versus ortum fit, ob memoratum parallelismum, & interim ab annuo obliquè facto adjuvatur, seu promovetur minùs circa Æquinoctia, ob obliquitatem, quàm circa Solstitia; ideo propter supervenientem hujusce inæquabilitatem, intendi Æstum censuit per utraque tempora; & per Æquinoctia quidem maximè, quòd tum motus annuus diurno magis adversetur.

Sic etiam, quia si verum sit transferri Terram per Zodiacum Solaribus radiis, & ipsam aliunde transferre secum Lunam

unam, ut sui appendicem, necesse est translationem
erræ intendi ac remitti prout Luna nova aut plena exsti-
rit, illeic nempe citra, heic ultra ipsam Terram exsistens;
modo quo vibrationes globi penduli chordâve appensi,
huc illuc reciprocantis, intenduntur aut remittuntur
out globulus aut suprà aut infrà coappenditur: ideo ex
c nova inæqualitate putavit ille fieri, ut Æstus evadant
r Novilunia ac Plenilunia quàm temporibus aliis in-
siores.

Sic rursus, quia ex Luna Terrâque unà translatis unum
asi mobile fit, & ob motum specialem Lunæ totale hoc
obile non assequitur meridianum diebus singulis, nisi unâ
ppè horâ, seu quatuor horæ quintis, tardiùs; ideo fieri
est ut Æstûs diebus singulis unâ propè horâ, sive qua-
r quintis, fiat retardatio.

Prætereundum autem, varietates alias quæ in Maris æstu
tingunt posse non incommodè ad littorum situs con-
onésque revocari.

CAP. VIII.

id Copernicani ad ea quæ objici solent ex Astrono-mia respondeant.

NUnc, cùm triplex sit Argumentorum genus quæ solent
adversus Telluris motum objici, aliqua enim ex
onomia, aliqua ex Physica, aliqua ex Sacra Scriptura
ntur; non est quare multùm in iis immoremur quæ
ronomica potissimùm sunt, quòd quâ ratione Coperni-
ad illa respondeant maxima ex parte constet ex jam
tis.

Nam quod v. c. solet objici, fore ut neque eodem in
altitudo Poli sit constans, neque eædem stellæ verti-
es sint, magnitudinisque ejusdem habeantur, neque, si
tus secundùm Eclipticam fiat, variatio ulla dierum no-
imque & tempestatum eveniat, neque ullus motus Fi-

xarum in consequentia observetur, & si qua sunt hujusmodi; id fuit mox antè declaratum.

Quod præterea verò imprimis urgetur, fore ut integrum hemisphærium dimidiúmve cœli appariturum non sit, neque adeò sex Zodiaci Signa possint perpetuò conspici, nisi Terra in centro degat;

Respondent, Ubicumque Terra intra ambitum cœli fuerit, id quod ex cœlo supra horizontem ipsiúsve planum exstabit, appariturum oculo quasi integrum hemisphærium, nisi à cœli fornice tam paucis orgyiis absimus, ut verticale & circumstantia puncta internoscantur distare à nobis minùs quàm ipse Horizon, extremúmve illud quod erit ex terra conspicuum. Nempe oculus habens cœlum tanquam ipsi Terræ extremo circumquaque contiguum, non aliâ semidiametro altitudinem fornicis quàm ipsam latitudinem distantiámve horizontis metitur.

Terram porrò, sive concipiatur evecta ex centro in Magni orbis superficiem, sive ex Tropico Capricorni ejusdem orbis translata in Tropicum Cancri, non ideo ità accedere ad ipsum cœli fornicem, ut minùs ab eo quàm ab ipso Terræ horizonte distemus: quinimo, juxta antedicta, nec evadere quidem promotiorem versus ipsum ullo puncto sensibili, ut propterea aliquid minus hemisphærio ex eo cernamus, aut ex ipsius Zodiaco minùs quàm sex Signa, hoc est, quàm centum octoginta gradus, supra horizontem appareant.

Quod secundò instatur, Fore ut non possit Sol Apogeius, Perigeius, & alia dici;

Respondent, Posse semper dici; quòd hæc Astronomia receptas voces non expungat, modò juxta ea quæ apparent usurpari intelligantur, ac nullum propterea exsistentiæ rei quæ reverâ sit præjudicium fiat. Nam ipsos quoque Copernicanos passim dicere, Solem oriri, occidere, esse in Signo aliquo, cæteráque similia; loquutos nimirum prout res apparent.

Dicere itaque licebit Solem esse Apogeium quando terra erit Aphelia, maximéve distans à Sole; Perigeium, cùm

Perihe-

ihelia, proximéve circumstans Solem : Nam illud appa-
er Soli, hoc reipsâ Terræ conveniet, quatenus ejus or-
Excentrica erit, seu non tam circulus perfectus quàm
pis quædam, in cujus focorum seu centrorum altero sit
ac Terra proinde ad ipsum nunc magìs nunc minùs
dat.

cilicet viæ Planetarum (quas nempe corporibus suis per
erea spatia describunt, etiam dum vehi revehíq; per Ex-
ricos & Epicyclos supponuntur) obsèrvatæ Ellipticæ
, eo ferè modo quo circa Lunam superiore libro insinu-
fuit : tametsi ità exigente facilitate calculi, intelligan-
tiam Ellipses in Excentricos Epicyclósque reduci.

uod additur tertiò, futurum ut neque iidem Planeta-
Adspectus sint, neque eorundem Latitudines, neque
atim Lunæ Phases, ipsiúsque ac Solis Eclipses perinde
reant, &c.

espondent, Ista & cætera perinde prorsus apparitura,
do, licèt ipsa sit Terra quæ reverâ describat Eclipti-
& Sol tamen est appariturus eam describere, & Pla-
cæteri, dum percurrunt Zodiacum, videndi sunt variè
ipso ac inter se configurari, discederéque ab Ecliptica,
atitudinem sortiri.

quia Luna semper circa Terram feretur in orbita pro-
quæ perinde Eclipticam in oppositis Nodis secet, per-
prorsus Phaseis subibit ; & Soli conjuncta aut opposita
de apparens, perinde Eclipsin patietur, aut non patie-
opposita cùm erit ; ac perinde creabit aut non creabit
le, cùm erit conjuncta, absque ullo discrimine.

uòd subjicitur quartò deridiculum esse Terram, Ele-
torum fæcem, cœleste corpus existimari, ac Planeta-
unum censeri ;

espondent, Terram non esse magìs reputandum Mun-
cem quàm Martem aut alium Planetam : Nam &
nvìs luce careat, carere tamen cæteros quoque ; & si
ri luce Solis splendeant, eâdem pariter & ipsam splen-

Non

Non esse eam minùs globosam quàm illos, ut proin per ætherea spatia circumduci perinde valeat. Non e molis incongruæ ; cùm, ut minor aliquibus, ità major c teris sit.

Et quamvìs superficiem inæquabilem asperatámque h beat, habere tamen & ipsam Lunam, ut telescopio convi citur : & habere cæteros quoque non esse improbabile ex eo, quòd plusquam ex uno sui puncto lucem Solis ad n reflectant, ac aliunde obtusè luceant, neque Fixarum inst scintillent, tanquam majore radiorum parte ob anfract varios aliò quàm versum nos deflexà.

Imò & quamvìs generationes corruptionésque in Ter fiant, non posse probari quin fiant similiter in cæteris ; tam etsi ipsas non magìs videamus, quàm videri possent ex Lun & cæteris eæ quæ in terra fiunt.

Si fiant, non posse propterea ipsas reputari imperfectas quoniam imperfectio est quidem posse unam rem quamp am corrumpi, sive esse desinere, non autem manendo inc lumem posse ex corruptione quorundam alia aliáque pu generare. Esse sanè longè majorem in ipsa terra perfectio nem parturire hanc tantam florum aliarúmque rerum ele gantiam, cùm id citra ullum molis suæ detrimentum faci quàm si corruptione immunis, absque ulla prorsus suæ m perficiei immutatione perseveraret.

Ad hæc, non modò Terram & Lunam commutare vica dum sese vicissim obscurant & illuminant, sed etiam qui quid Venus aut Mercurius apparent Terræ, apparere Te ram Marti, Jovi & Saturno ; & quicquid Mars, Jupiter aut Saturnus Terræ apparent, Veneri & Mercurio Terra apparere ; hoc est, quod attinet ad motum formámque ipsius, quod ad magnitudinis variationem, quod ad Phase & cætera.

Quòd reputatur quintò inconcinnum, immensam ad habere illam Fixarum à Terra distantiam, ut totus iste m gnus orbis puncti instar habendus sit ;

Respondent, Cùm nulla sit ratio, nec sensu facta obse vatio, quæ eam minorem esse convincat, & ex ipsa aliun

suppo

posita Phænomena omnia concinniùs salventur, quàm
m minor, juxta vulgarem opinionem, supponitur; ideo
n videri eam jure inconcinnam existimari.

Nam quòd vastitas quidem tanta reputetur superflua,
leri illos qui ità sentiunt esse summi Opificis magnifi-
ntiæ injurios, dum non capientes quorsum Deus tam
plum Mundum fecerit, ejus potentiam sapientiámque
sui captûs &, ut sic dicam, ad suæ parsimoniæ angustias
lucunt.

Quòd demum, fore ergò Solem quavis stellâ Fixâ con-
uâ minorem, quando si totus magnus orbis conspici à
is ob sui exilitatem non possit, longè fuerit minùs conspi-
ndus Sol, habitus duntaxat quasi ejus centrum;

Respondent, posse tamen Solem minorem non esse: &
orem licet, posse tamen adhuc ex ipsa Fixarum regione
eri: quòd ut lucernæ flammula procul è tenebris con-
ta in amplissimam speciem dilatatur, ità per tenebras
urnas dilatentur disculi stellarum, qui absque tali dila-
one essent punctula merè inconspicua.

Quare & futurum ut Sol perinde amplificaretur spe-
us è tenebris, efficeretúrque stellæ instar conspicuus;
mque absque amplificatione hujuscemodi evasurus esset
ctulum planè inconspicuum.

CAP. IX.

Quid ad ea quæ ex Physica.

M ex Physicis illud primum est, Quòd infimus locus,
quale Mundi centrum sive medium est, corpori omnium
issimo, qualis est globus Terræ, debeatur.

ed respondent primùm, ex mente Platonis, dari qui-
in Mundo extremum & medium; verùm non idcir-
xtremum Supremum, neque medium Infimum censeri.
ope supremum & infimum dici duntaxat comparatè,

sive

sive respectu habito ad situm partium animalis, hominis verò maximè; cui, ubicumque in Mundo sit, illud est superius sursúmve quod est ultra caput, & illud inferius deorsúmve quod est ultra pedes.

Deinde, Terræ quidem parteis esse dicíve posse graveis quatenus ad Terram, ut ad totum cujus incolumitas ex unione partium dependet, feruntur; at totam Terram secundùm se neque gravem esse neque levem magìs quàm Lunam, Venerem, aut quemlibet alium cœlestium globorum, quorum partes similiter, si quapiam vi distractæ fuerint, suum quæque globum pari jure repetent, & poterunt graves perinde censeri.

Ad hæc, dari quidem in Terra centrum sive medium, versus quod ex accidenti gravia ferantur, (ex accidenti, inquam; nam per se feruntur duntaxat versus Terræ corpus, cui uniri appetunt, faciúntque interim id per brevissimam lineam, quam simul contingit respectare centrum) at non idcirco Terræ centrum idem esse cum centro Mundi: posséque adeò gravia, ubivis in mundo Terra fuerit, tendere versus ejus centrum.

Secundò illud, quòd simplici corpori, cujusmodi est Terra, unicus simplex motus conveniat: quare cùm Terræ competat rectus, ipséque deorsum, (ut motus partium indicat) non competere circularem.

Sed respondent, Falsum imprimis id esse ut Terra simplex corpus sit, quod experientia docet potiùs esse ex rebus adeò heterogeneis variè commistum.

Deinde, Nè corpori quidem simplici repugnare varietatem motuum, modò ii non sint in parteis simul oppositas, verùm sint ex iis qui in eandem partem regionémve consisterent; quemadmodum dictum jam est de globo supra planum voluto.

Ad hæc, Non idcirco competere toti quod ejus parti competit, si ut pars est competat ipsi; alioquin enim totus homo deberet esse orbicularis, quòd ejus caput tale sit: quare & non ex eo quòd partes Terræ rectà feruntur, oportere rectà ferri totam terram; quando motus rectus partibus

is ejus competit ut cum ea uniantur, Terra autem tota
tionem cum alia re non appetit.

Postremò, Tametsi partium Terræ motus rectus sit pro-
ius, ipsis tamen simul competere motum totius, hoc est
cularem, quatenus dum cadunt unà interim transferun-
; eo modo quo manui, præter motus proprios, sursum,
orsum, prorsum, retrorsum, in gyrum, &c. competit si-
l motus corporis totius, cum quo incedente interim trans-
tur.

Tertiò illud, quòd Terra motu adeò rapido dissiparetur,
sque ipsi adeò rapidè translati aërem à nobis proscissum,
ectúmque quasi ventum intolerabilem, non ferremus.
Sed respondent, primùm, pollere Terram magneticâ vi,
à terrena omnia revincta contineat, (eo scilicet modo
o Magnes magnetica omnia, ut frusta magnetis ac ferri)
terrena eo modo attracta dici gravia, non tam insitâ qua-
te, quàm impressâ à Terra virtute; levia autem censeri
quæ minùs sunt gravia, minúsve trahuntur, ac cedunt
um gravioribus; non ut omnino distrahantur, sed solùm
sint remotiora sive exteriora, & cum propinquioribus
erioribúsve per intermedia cohæreant.

Deinde, non ideo dissipari Terram, quòd quemadmo-
m parteis sui omneis ab intimis ad extimas usque magne-
à vi continet, ità moveat sese & convehat ipsas veloci
idem, sed uniformi tamen & æquabili placidóque, mo-
; non autem ità ut vel subsultet, vel impingatur in ali-
id, à quo succussa parteis exturbet pellátve à se, alióque
citiùs quàm quò ipsa tendit præjiciat.

Ad hæc, quòd Aër quoque sit, ex antedictis, terrenæ ma-
iæ, & solidiorem ipsum globum lanuginis instar circum-
tiat, ideo ipsum unà cum Terra ità circumferri, ut nos
ra ipsum degentes, unáque translati, eum non proscinda-
s, neque quasi ventum factum præsentiamus.

Et deniq; tamen, quoniam Aër fluxibilioris est subst an-
, neque tam velociter abripitur ac solidus interior globus,
inc esse videri, cur sub Æquatore & circiter ipsum, quà
otus Terræ in ortum velocissimus est, aër sic resistat, inq;
occasum

occasum veluti eat, ut Nautæ illum quasi ventum & indefi-
nentem & æquabilem experiantur.

Nè quidpiam dicatur de Mari, quod ob sui quoque flu-
xibilitatem nonnihil retardatum fluat,& ex sui cumulatione
objectúve littorum refluat, ut paulò antè attigimus.

Quartò illud, quòd nullum corpus aut sursum emissum,
aut supernè demissum, ad perpendiculum caderet, si dum
esset per aërem, locus Terræ cui immineret perinde sub-
duceretur ac emissæ sursum sagittæ, dum navis transfertur,
subducitur puppis è qua emissa fuerit.

Sed respondent primùm, Falsum esse sagittam sursum
directè è puppi emissam in puppim non recidere; utcum-
que id hactenus fuerit,sed ab inexpertis scilicet, objectum.
Nempe causam esse, quòd navis motum suum imprimat re-
bus omnibus quæ ipsâ vehuntur, ac ipsarum interventu
mobilibus omnibus quæ mittunt aut demittunt ipsa. Et ex
hoc fieri, ut dum arcus motum sagittæ imprimit sursum,
imprimat simul motum prorsum, quem ipse interim à navi,
aut ab homine ab eadem navi transvecto,habet; sícque sa-
gitta dum est per aërem immineat semper puppi,& in eam
tandem recidat, propter hujusce modi motum.

Simile porrò esse,non modò dum quis è pterna,seu pede
mali,lapidem projicit in carchesium, verùm etiam dum la-
pidem è carchesio demittit in pternam. Is enim lapis neque
demissus ex parte puppis à malo deseritur,neque demissus ex
parte proræ à malo attingitur; sed perinde in pternam ac in
navis quiesceret cadit. Nimirum quia licèt demittens nul-
lum motum sibi proprium adhibeat, imprimit tamen gene-
ralem quem habet à navi malo intercedente impressum &
ex eóque fit, ut demittens ex parte puppis lapidem,tantun-
dem ipsum versus malum interim aufugientem retrahat
quantus est motus ipsius mali; & demittens ex parte pro-
ræ, tantundem ante malum interim prosequentem conji-
ciat quantus est motus ejusdem mali.

Itaque exemplum objectum ità posse retorqueri, ut pa-
ri modo Terra motum suum imprimat rebus omnibus à se
vectis; ac lapidem emissum sursum idcirco in eundem Ter-
ræ

locum recidere, quòd projiciens ipsi non tantùm pro-
m imprimat vim quâ adigit sursum, verùm etiam vim
n habet à Terra, & propter quam lapis tantundem
tum ipsa Terra transferatur prorsum ; sícque, dum
aëre, eundem semper locum respectet, & in eundem
t.

uo eodem modo è Turri demissus in locum cui immi-
adit ; quòd licèt demittens motum sui proprium non
beat, motum tamen imprimit qui sibi sit à Terra, tur-
ercedente, impressus.

einde, ut motus sagittæ, lapidísve è navi emissi aut de-
non est reipsâ rectus, sed inflexus, & secundùm line-
uam dicunt Parabolicam; ac apparet tamen iis omnibus
navi sunt rectus seu perpendicularis, quoniam ocu-
n percipit motum quo vehitur ipse, quíque est com-
s sagittæ ac lapidi, sed illum duntaxat qui præterea
imitur : sic motum lapidis è Terrâ sursum missi, aut
i demissi, non esse quidem reverâ rectum, sed esse per
Mundana admodum inflexum, & Paraboles aper-
æ ; ac apparere tamen rectum sive perpendicularem
bus à Terra convectis, quoniam pari modo oculus non
piat motum quo ipse interim à Terra transfertur, quí-
ommunis lapidi etiam est, sed alium solùm qui præ-
lapidi aut à projectore, aut à gravitate attractionéve,
impressus.

solùm discriminis esse, quòd aliqui possint extra navim
tere, qui motum nautis perpendicularem visum obser-
nflexum ; at nemo extra Terram figere pedem valeat,
lexum deprehendat illum qui videtur ipsis Terricolis
ndicularis.

intò illud, quòd globus bombardicus in occasum ex-
s longiùs tenderet, tanquam machinâ in ortum simul
quente ; ac rursus explosus in Austrum vel Boream,
ndem semper aberraret à scopo quantum scopus, dum
is esset per aërem, ferretur in ortum.

d respondent primùm, Ut duo Pilà colludentes supra
transtra parem quidem vim, quantum est ex se, pilæ

impri-

imprimunt, unde & habito respectu partium navis, tantu
spatii peragit pila versus proram quantum versus puppim
verùm qui est ex parte puppis adjicit proprio motum n
vis, & qui est ex parte proræ subducit ; ac fit exinde,
missa pila in proram tantum præterea spatii aërei confic
at, quantum collusor à prora interim abducitur dum pi
est per aërem, & missa in puppim tantò minùs conficia
quantò, dum pila est per aërem, collusor à puppi versus ea
accedit : Pari prorsus modo, si sint duæ machinæ, altera a
ortum, altera ad occasum, ad se invicem paribus virib
collineantes, tantundem spatii ab explosо ex utraque glob
supra superficiem Terræ confici ; quoniam licèt globus ex
plosus in ortum habeat superadditam à Terra vim, explos
in occasum subductam, interim tamen quæ machina explo
in ortum, tantundem globum consequitur quantum ip
motûs à Terra accepti impressit, & quæ explosit in occasum
tantundem à globo abducitur quantum ipsi motûs à Terra
accepti subduxit ; sícque compensatione additionis & sub
ductionis factâ, globus perinde supra Terram motam a
supra quietam promovetur.

Deinde, globum sive in Boream sive in Austrum dire
ctum, perinde attingere scopum ac si Terra acquiesceret
quòd dum & machina & scopus versus ortum feruntur, fe
ratur simul & globus per aërem trajectus, ob superadd
tam à Terra vim: ex qua efficitur ut hæc tria, machina, sco
pus, globus, intra eandem rectam semper contineantur.

Postremò illud, quòd nubes, aves, aliáque in aëre suspen
sa, apparerent semper rapidissimè ferri in occasum.

Sed respondent, primùm, Ut qui per transtra navis s
lit, non modò motum sibi proprium, donec per aërem e
habet, verùm etiam motum impressum à navi, quo u
cum navi transfertur, quamcumque in partem motu pr
prio saliat : Ità volucrem v. c. dum supra Terræ superfi
em ac per aërem volitat, habere præter motum proprium
etiam generalem à Terra impressum, quo unà cum ip
transfertur, quamcumque in partem ipla interim volit
aut quomodocumque in aëre hæreat suspensáve vi

. Quod idem proportione de nube cæteríſque dicendum

Deinde, ſicut ſalienti per tranſtra navis tunc motus navis primitur cùm ejus pedes attolluntur ; ità motum Terræ c imprimi avibus cùm primùm è Terra, arbore, aliave Terræ hærente, ſimúlque tranſlata, aſſurgunt, repeti em ac velut inculcari, quoties volucres, ne ad perpendi- um ſeu in locum Terræ cui imminent cadant, alis aërem berant. Nempe aër etiam cum Terra tranſlatus fulci- iti loco eſt, cui illæ innixæ motus ſuos inſtaurent; ut eſſe unt ſcamna tranſtris impoſita, per quæ ille diſſultet.

Denique, ut res meliùs concipiatur, conſiderandos eſſe is intra aquam cuppâ contentam quam tranſferat na- Quippe ut piſces unà cum aqua motu generali navis feruntur,& interim tamen perinde aut hærent, aut huc varie moventur intrà cuppam, ac ſi aqua quieſceret, e cum navi tranſveheretur ; ſic aves, & quæcunque n aëre ſunt, ità motu Terræ generali tranſferuntur, erinde aut hæreant, aut quolibet verſum per aërem eantur, ac ſi aër quieſceret, neque cum Terra tranſ- ur.

CAP. X.

Quid ad ea quæ ex S. Scriptura.

Uæ demum loca Scripturæ ſacræ objiciuntur,ejuſmo- di ſunt ut videantur quietem Terræ partim expreſsè re, ut illa, *Terra in æternum ſtat* ; &, *Fundâſti Ter- ſuper ſtabilitatem ſuam*, &c. vel tacitè, quatenus non Terræ ſed Soli tribuitur,ut illa, *Oritur Sol &* ; &, *Regreſſus eſt Sol decem lineis* ; & *Sol, contra on nè movearis*, &c.

rùm reſpondent illi imprimis, Scripturæ Sacræ ſco- non eſſe ut homines aut Phyſicos aut Mathematicos t, ſed ut pios, & ad ſalutem ſeu gratiam gloriám-

que ſupernaturalem comparatos reddat. Quare & loqui eam de rebus quatenus apparent omnibus vulgò hominibus; ut quoniam ſua ſalus omnium intereſt, intelligi ab omnibus poſſit.

Parùm curare ipſam proinde quales res in ſe & revera ſint, cùm erudiendis alioquin ad ſalutem hominibus vulgares de rebus notiones ſufficiant. Nempe, niſi pleraque loca hoc modo expoſuerimus, hoc eſt, dixerimus Scripturam ad vulgi captum ſe demiſiſſe, Scriptoréſve ſacros ſeſe temperâſſe accommodâſſéque rudi populo, futuros nos procul à germano ſenſu quo Spiritus ſanctus intelligi voluit.

Ac nè longè ab argumento quod ſit præ manibus abeatur, Reputare Scripturam ſacram parùm intereſſe Terrâne cum Cœlo collata punctum ſit annon: ac ideo de Cœlo Terrâque, ut de duabus Mundi partibus inſignibus, loqui; quoniam tales eſſe videantur, dum Cœlum ut fornix, Terra ut tabulatum Mundani ædificii apparet. Ac rurſus, parùm intereſſe minimæne ſtellæ in Firmamento lucentes majora ſint luminaria quàm Luna annon: atque idcirco loqui de Luna ut de luminari ſecundùm Solem magno; quoniam Luna, utcumque minor minúſque in ſe lucida quàm ſtellæ, ob viciniam tamen & major & ampliore luce illuſtrans apparet.

Eodem ergò modo Scripturam reputare parùm referre Terráne moveatur, Sol verò quieſcat, annon; ac propterea loqui de Terra ut quieſcente, quoniam quieſcere, & de Sole ut moto, quoniam moveri nulli non apparet.

Quare & poſteriora quidem illa loca paucis expedirit. Sapientem ſcilicet, cùm dixit, *oriri Solem & occidere*, contendiſſe ſolùm ſignificare viciſſitudinem in ortu occaſuque Solis apparentem, ſeu foret deinde Terra, ſeu Sol, cujus motu contingeret. Et Prophetam, cùm dixit, *Solem regreſſum decem lineis*, aliud nihil voluiſſe quàm quòd apparuiſſet intelligi, ſeu Solis, ſeu Terræ feciſſet regreſſio. Et Patriarcham, *Solem non moveri* cùm juſſit, id ſolùm curâſſe, ut Sol appareret ſupra Terram conſiſtere, ſeu S[illegible] demum

mum foret, seu Terra, cujus statu id præstaretur.
Posse addi circa priora, intelligenda illa videri non de eo
tu qui motui, sed de eo qui exlolutioni corruptioníve op-
natur.

Et cùm verba præsertim illa, *Terra in æternum stat*, in
sint omnium, adnotandum esse locum integrum his ex-
e verbis, *Generatio præterit, & generatio advenit*; *Ter-
autem in æternum stat.*

Nimirum, ut dum cereæ massæ sigilla varia applican-
figurationes variæ fiunt, & dum aliæ prætereunt, aliæ
eniunt, seu figurarum aliæ abolentur, aliæ in vicem
um succedunt, massa tamen ceræ non corrumpitur, seu
minuitur nec augetur, sed perseverat eadem: ità videri
lligendum; licèt ab usque Mundi initio factæ sint in
ra, ac etiamnum fiant, & faciendæ deinceps sint, gene-
ones variæ, non idcirco tamen, dum generationes præ-
unt & adveniunt, seu aliæ formæ terrenorum corporum
ereunt, aliæ in ipsarum locum inducuntur, ipsam Terræ
am corrumpi, augeríve, aut minui: sed eam constanter
tare, ac tantum adhuc esse, futurámque in posterum,
nta ab usque initio fuit.

Itaque cùm ista videatur loci præsertim celebris in-
retatio esse germana, videri ex ipso Terræ asseri non
in loco consistentiam, quàm in integritate constan-
i.

Irgeri heic solet Sententia Congregationis Cardinalium
isitioni præfectorum, qui in Galileo opinionem hanc
notu Terræ damnaverint.

Respondent verò Orthodoxi (nam Heterodoxi rem bre-
conficiunt) sententiam illam fuisse specialem, seu Ga-
um sic attinentem, ut habere advertus ipsum specialeis
sas potuerit, adversus alios non valituras. Addunt sen-
iam quidem illam permagni esse ponderis; sed non
o tamen necessariò habendam ut articulum fidei, cu-
nodi habentur qui sunt à Conciliis generalibus con-
ati. Subjiciunt, non videri eam, saltem quousque pro-
gata, hoc est, præscripta legitimè, ut dogma quod-

dam Fidei, fuerit, Fideleis omneis obligare. Tandem profitentur, si semel præscripta legitimè fuerit, se ad recantandum esse comparatos.

Et sic illi quidem tueri se solent.

CAP. XI.

Quid de Siderum à Terris distantia & magnitudine definiant.

CUM partim ex rationibus, partim ex exceptionibus responsionibúsve Copernicanorum, perviderimus ut illi conentur omnia salvare Phænomena; vix quicquam aliud heic supereſt, quàm ut paucis commemoremus quam Sideribus à Terra distantiam, quam magnitudinem singulis attribuant.

Et Copernicus quidem ipse dicere contentus Sphæram regionémve Fixarum adeò à Terris esse distantem, ut comparatus ad ipsam Magnus orbis tanquam punctum habendus sit, mensuram præterea non adhibuit quâ specialius quid de hac distantia pronunciaret. Contentus etiam de Solis ac Lunæ magnitudine dicere (Solem nempe esse majorem Terrâ vicibus 162. ferè, & Lunam 43. proximè) nihil de Siderum aliorum, sive Errantium sive Inerrantium, magnitudine consimile dixit.

Verùm succurrit ante annos quindecim Philippus Lansbergius, qui, ut Planetarum distantiam magnitudinémque comparatè ad Terram definiit, ità Fixarum tum distantiam tum magnitudinem designavit comparatè ad Magnum orbem, quem & Sphæram Terræ appellavit.

Quod itaque primùm ad Distantiam spectat, de Planetis quidem hunc in modum statuit.

Distanti

Distantia mediocris à absunt Terra	Luna	est terrenarum semidiametrorum	59
	Mercurius		1500
	Venus		1500
	Sol		1500
	Mars		2275
	Jupiter		8091
	Saturnus		14880

De Fixis verò, suppositâ semidiametro Magni orbis terarum semidiametrorum 1500, supposuit quoque Fixa- stellarum ad Magnum Orbem Parallaxin vix unam avam aut nonam minuti partem excedere; ac proinde xit Fixas, Fixarúmve sphæram, abesse à Terra semidia- ris Magni orbis 28000, seu mavis semidiametris Ter- s 42000000.

uod deinde ad ipsam Magnitudinem attinet; Suppo- primùm circa Planetas esse apparentes diametros, Lu- uidem minutorum ferè 33, Solis ferè 35, cæterorum non n quàm quæ superiùs ex Albategnio Alphraganóque nsita est.

irca Fixas autem, propter telescopium, quo spuria ab rescinditur lux, minores earum diametros quàm vulgò rentur habuit; nimirum stellarum I. magnitudinis mi- 1, II. secundorum 40, III. 30, IV. 20, V. 10, VI. 4. nde & de magnitudine Planetarum sic censuit:

Luna, Mercurius, Venus	minores	45½, 12, 3½	vicibus quam Terra.
Sol	major	434	
Mars	minor	8	
Jupiter, Saturnus	majores	25⅔, 46⅔	

De Fixarum verò magnitudine sic:

Sunt Fixæ Magnitudinis	I, II, III	majores	67, 20, 8	vicibus quàm
	IV, V, VI	minores	$2\frac{1}{2}$, 3, 25	Magnus orbis.

Ità scilicet correctione numeris ejus adhibitâ; cùm prius edidisset stellas Magnitudinis I. excedere orbem Magnum vicibus 20053, II. 5935, III. 2506, IV. 744, V. 92, VI. 11. $\frac{1}{3}$.

Porrò, quia non modò stellæ Inerrantes, sed Errantes etiam, intercedente telescopio, deprehenduntur diametro minore quàm vulgò habeantur; idcirco Martinus Hortensius, Discipulus Adjutórque Lansbergii, admonitus factâ à nobis observatione Mercurii commemoratâ superiùs, & quibusdam præterea aliis, supposuit imprimis stellarum Errantium apparenteis diametros esse, Mercurii quidem secundorum 19, Veneris 59, Martis 36, Jovis 50, Saturni 37; deinde de illarum magnitudine ità pronunciavit:

Sunt	Mercurius, Venus, Mars	minores	6510, 1109, 1534	vicibus quàm Terra.
	Jupiter, Saturnus	major	$1\frac{1}{4}$, $2\frac{1}{5}$	

Supposuit verò diametros stellarum inerrantium esse, Sirii quidem, seu Canis majoris, præter ordinem positi, secundorum 10. & cæterarum magnitudinis I. secundorum 8, II. 6, III. 5, IV. 4, V. 3, VI. 2; ac tum Sirium habuit Magno orbe minorem vicibus $3\frac{1}{5}$, & cæteras fixas itidem minores, ut consequitur.

Sunt Fixæ Magnitudinis	I	minores magno orbe vicibus	$6\frac{1}{3}$
	II		15
	III		$25\frac{2}{3}$
	IV		50
	V		122
	I		412

Quinetiam, quia ſuppoſuit quoque aſſumi poſſe (utì aptum à Lansbergio jam fuerat) Fixarum parallaxin ad gnum orbem ſecundorum 30. atque adeò aſſumi ipſa- diſtantiam ſemidiametrorum Magni orbis 6875. idcir- deduxit poſſe ſpeciatim Sirium haberi Magno orbe mi- em ducenties decies ſepties, & cæteras Fixas conſimili- hâc ratione.

Sunt Fixæ magnitudinis	I.	minores magno orbe vicibus	422
	II.		1012
	III.		1725
	IV.		3385
	V.		8245
	VI.		27826

rùm hac de re nimis multa.

CAP. XII.

ale Mundi Syſtema ſit quod Tycho Brabeus induxit

X iis quæ de Copernici Syſtemate dicta jam ſunt, in promptu eſt illud intelligere quod Tycho Brahe, nobi- Danus, novúſque Hipparchus, inclinante jam ſeculo ſu- iore invexit. En cujuſmodi ipſum propoſuerit.



Cernere nimirum in eo primùm licet, esse firmamentum seu Sphæram Fixarum partem Mundi extimam, intimam verò occupantémve ipsius centrum esse Terram ; ac in interstitio collocari Planetas, qui motus illeic suos obeant per liberrima, hoc est fluidissima, spatia.

Nimirum Tycho maximè fuit qui solidas sphæras confregit deturbavítq; ex æthere, postquam Cometas trajicere per ætherea spatia ut observavit, sic demonstravit primus, ac Mercurium & Venerem ultra ac citra Solem ferri deprehendit ; aliáque hujuscemodi : interim autem censuit fusam esse per illa spatia tenuissimam quandam & purissimam fluxibilissimámque

imque ſubſtantiam, quam & dixit Auram ætheream.
Deinde, Tria quædam mobilia ferri circa Terram tan-
am circa centrum: Lunam quidem proximam motu
nſtruo; Solem remotiorem, & quaſi medium, motu annuo;
mamentum, ſeu Sphæram Fixarum, remotiſſimam, motu
lentiſſimo viginti quinque millium annorum.
Ad hæc, quinque Stellas Erranteis motus ſpecialeis circa
em tanquam circa centrum obire; Mercurium ſcilicet
neſtrem, Venerem octimeſtrem, Martem biennem, &c.
â quidem lege ut Sol annuo motu Zodiacum percur-
illos omneis circumvehat; ac ipſi interim Mercurius
Venus ſuis circa illum revolutionibus non complectan-
Terram, complectantur autem ſuis Mars, Jupiter atque
rnus, & Mars ſpeciatim fiat interdum Terræ propior
n ipſe Sol.
oſtremò, cùm nullam heic fieri motûs diurni mentionem
as, intelligendum eſſe videtur, tria illa eadem Mobi-
Lunam, Solem, Sphæram Fixarum, dum ſuis illis moti-
ecundùm Zodiacum feruntur, volvi interim dietim in
ſum, veluti per ſe; quinque autem ſtellas Erranteis,
er motus proprios circa Solem & ſecundùm Zodiacum,
etiam dietim in occaſum, non per ſe, ſed traductas à
, qui ſit ipſis vice primi Mobilis. Neceſſe eſt nempe, ut
Sol eas omneis ſibi quaſi auriga revinctas contineat,
em dietim circa Terram cui ipſe circumducitur circum-
t.

ixi porrò Syſtema hoc poſſe ex deductis de Copernica-
erfacilè intelligi; quoniam ſi loco circuli per Solem
euntis ducatur alius per Terram tranſiens, (qualem
tatum adjecimus) eâdem diſtantiâ inter Solem &
am pro ſemidiametro retentâ, & aut Planetaria com-
s aut Fixarum Sphæra tranſiper emoveri ſic intelli-
, ut Saturni circulus ex æquo à Fixis undiquaque di-
habebis omnino quale antè eſt ex Copernico Syſtema
iptum.
ippe erit tum Sol in medio ſive centro Syſtematis;
nducentur ipſi proximè Mercurius & Venus, remo-

tiùs

tiùs Mars, Jupiter & Saturnus; in medio verò interval reperietur Terra cum circumducta sibi Luna. Adeò pro inde ut Copernicus censeri non injuriâ præiviſſe Tycho poſſit, & Tycho nihil aliud quàm Copernici inveriſſe Sy ſtema videatur.

CAP. XIII.

Quibus rationibus adductus illud excogitavrit.

AC receperat quidem Tycho ſe pluribus Syſtema hoc declaraturum probaturúmque in Opere quod deſti nârat de Inſtauratione Aſtronomiæ elucubrare: verum men morte præventus rem præſtare non potuit; ac tripti duntaxat reliquit, ſe fuiſſe permotum ut illud taleadinve niret, tum quòd tolerari neque Ptolemaicum neque Coper nicanum poſſet, tum quòd juxta ipſum Phænomena om nia quàm aptiſſimè ſalvarentur.

Objecit autem Ptolemaïco tum cœleſtium orbium d ſtributionem inconcinnam; tum aſſumptionem ſupervac neam tot tantorúmque Epicyclorum, ſalvandis Retrogr dationum Stationúmque Phænomenis; tum peccatum i lud contra artis principia, quòd in ipſo circularis motûs a qualitas non circa proprium, ſed circa alterius Excentri (Æquantis nimirum) centrum admittatur. Nè quidem d ſoliditate Sphærarum cœleſtium adjiciam, quam cumnpens obſervatis ſtare non poſſe idem perdocuit.

Copernicano verò objecit potiſſimùm tria. Unum, quòd tametſi in eo ſcitè admodum præcaveantur quæ ſperſum diſſentaneáque in Ptolemaïco habentur, ac nihil repsà ad verſus principia Mathematica delinquatur; admittatur ta men abſurditas illa contra principia Phyſices, quòd Terra cùm ſit groſſum, inquit, pigrum, inhabiléque ad movendum corpus, haud diſſolutiore tenore motûs (illiúſque etiam tri plicis) quàm ætherea illa Lumina agitari ſtatuit. Alte rum, quòd proinde Sacris adverſetur Literis alquotie ipſius

siusTerræ stabilitatem confirmantibus. Tertium, quòd im apacitatem inter orbem Saturni & octavam Sphæ n ese propemodum immensam,& Sideribus tamen prorvauam, supponat.

Potremò autem in sui gratiam illud præsertim commeravit, quòd, devitatis omnibus hujusmodi incommodis, n Sol annuo motu Zodiacum perlustrat, ac interim quine Planetæ ipsum comitantes suos circa illum motus perat, salventur exinde absque ullis Epicyclis Phænomena Stationum Retrogradationúmque præcipua, ac declar ur Mercurius & Venus tam parùm à Sole digredi apeant, cur Mars, Jupiter & Saturnus ipsi interdum oppotui, (Terrâ scilicet interceptâ) cur tunc proximè Terr tnnseant, & specie maximè grandescant, cur in supandis singulorum motibus motus Solis simplex commisemper reperiatur; & quæ sunt alia hujusmodi.

Quod spectat verò ad reliquas inæqualitatis apparentis erentias, quas veteres per Excentricos & Æquanteis, penicus per Epicyclum in circumferentia Excentrici, ârint, dixit eas quoque facilè posse in sua salvari Hyhei, sive per Circellum in orbe circa Solem Excentrico, per duplicem Circellum in quopiam orbe Concentriu se pleniùs explicaturum in affecto illo Opere prot.

CAP. XIV.

uárationeid à Tychonis Sectatoribus propugnetur.

Um porrò his jam temporibus eam esse Planetarum ii spositionem constet, ut necesse planè videatur aut penicanum aut Tychonicum Systema esse verum, idó sint plures (imò pene omnes aliunde aversati Copermi) qui, improbatis Veterum Hypothesibus, Tychosequantur, partim inducti nominis observationúmque estum ab ipso peractarum famâ, partim persuasi con-

stare

ſtare ſemper quicquid Copernicani reſpondeant, quæ objecta ſuperiùs ſunt tum ex Aſtronomia, tum ex Phyſica, tum potiſſimùm ex ſacra Scriptura.

Et quia tamen illis quoque difficultates variæ opponuntur, idcirco ità illis occurrunt, ut vices eorum ſuppleant quæ Tycho fortaſſis fuiſſet reſponſurus.

Nam primùm quidem objicitur, abſurdum eſſe uni corpori duos per ſe motus tribuere, quales ſcilicet attribuuntur Lunæ, Soli ac Firmamento, dum aſſeruntur ſpecialeis circuitus ſecundùm Zodiacum, ſeu verſus ortum peragere, & interim tamen diurnâ revolutione ferri in occaſum.

Verùm reſpondent aliqui, non ideo his tribus, cuilibéve ipſorum, competere duplicem motum; ſed competere unicum, ipsúmque ſpiralem, ac verſus occaſum. Res intelligitur ex iis quæ dicta ſuperiore libro circa Hypotheſeon varietatem ſunt. Adnotandum ſolùm, debere proinde ferri ipſam Fixarum Sphæram velociſſimè omnium in occaſum, ac ſpiras deſcribere confertiſſimas attiguáſque; Solem moveri ſegniùs, & laxiores ſpiras deſcribere; Lunam moveri ſegniſſimè, & deſcribere laxiſſimas ſpiras. Heinc autem fieri, tum ut Sol diebus ſingulis uno gradu, & Luna tredecim, retardatior quàm Fixæ moveri in ortum videantur, tum ut Sol anno uno, & Luna uno menſe, excurſus in Boream & in Auſtrum ſic peragant, ut ſub ipſis Fixis circuitionem compleant.

Cùm dicere verò hi nequeant, cujus reſpectu ipſum Firmamentum cenſeatur pariter in Boream & in Auſtrum excurrere; ideo reſpondent alii, admittendum eſſe ſupra Firmamentum primum Mobile, quod dietim revolvat Firmamentum verſus occaſum; ac ipſum interim Firmamentum proprio ſibi motu moveri in ortum ſecundùm Zodiacum, ac pro illius obliquitate tendere in Boream & Auſtrum. Nempe neceſſariam aliunde ſupra Firmamentum eſſe aliam Sphæram, cui ineſſe intelligantur Dodecatemoria, immobiliáve Zodiaci Signa, donec mobilia ſeu Aſteriſmi ſecundùm illius ambitum diſcurrunt.

Secundò, perquam incongruum eſſe, Firmamento, aut etiam

am ulteriori Primo mobili, exsistenti tanto támque pro-
abducto, diurnum motum tribuere, qui & celeritatis in-
dibilis sit, & utilis esse non possit ad circumducendum
netarum Sphæras, ut quæ Solidæ nullæ sint, neque ideo
ipi possint.

Verùm respondent, neque Firmamentum, ulteriúsve
m mobile, tantæ esse vastitatis quantam fingit Coperni-
; neque ejus motum, celerrimum licèt, reputandum esse
ongruum, quòd ipsi moli corporis congruat: ac, ut
us ille quo Equus spatium conficit, non est habendus
ectu ipsius incredibiliter celer, qui incredibiliter celer
t respectu Formicæ aut Testudinis, si tempore eodem
n spatium perageret; ità reputari non debeat supra
em fidem celer motus in Firmamento ulteriorève
era, qui posset tamen in parvo globo hujuscemodi repu-

uod subjicitur verò de impressione, quæ non possit
ilibus Firmamento inferioribus ob interceptorum spa-
m fluiditatem fieri, aut talem nullam impressionem
omnino necessariam, si motus quidem inferiorum mo-
m secundùm spiras fieri censeantur; aut etiam tam
impressionem ipsis Planetarum globis fieri, etiam se-
solidis sphæris, & per spatia liberrima, quàm fieri ab
Copernicanis admittitur, dum radiis à Sole emissis
magi posse Planetas in liquidissimo æthere pariter ver-
is admittunt.

ertiò, inconcinnum esse admodum, compaginem illam
etarum totam dietim veluti luxari, tum circa ipsam
ram, tanquam circa centrum non suum, tum sub ipsa
rum sphæra, à qua inæqualiter absit, seu cui concen-
non sit.

erùm respondent, nihil esse posse in eo opere inconcin-
quod sapientissimus Opifex disposuit. Quippe ne-
ieri ullam luxationem, cùm Planetæ à Sole circumdu-
r circa centrum non suum, ut reputari posset si
iam gravitate distraherentur, & pars major compagi-
x una Terræ parte, ac pars minor ex alia non possent

velut

velut æquilibrari: neque à nemine non admitti esse Planetarum circuitus respectu sphæræ Fixarum Excentricos, cùm & aliunde ipsa Planetarum compages ità circa Terram diem tim revolvatur, ut quælibet ipsius pars concentricum illi circulum describat.

Non esse verò (quod præterea urgeri potest) insolens Planetas, donec circa Solem specialeis motus obeunt, adeò interim detorqueri, ut abducti motu rapidissimo adigantur ad peragendum diurnas illas circuitiones; quippe & secundùm Ptolemaïcos, Planetas proprios obeunteis motus & mobili interim alio diverti atque abripi, & secundùm Copernicanos, ipsam speciatim Terram, dum motu sibi proprio circumducitur, deduci interim abripíque alio à Sole per radios emissos impresso. Quo modo quoque & ipsam Lunam, dum Terræ circumducitur, simul cum ipsa interim per Zodiacum à Sole transferri; & Planetas etiam Lunáfve Jovialeis, dum ipsi Jovi circumferuntur.

Postremò, esse prorsus improbabile, inane esse illud tantum inter Venerem Martémque interstitium; & spatio tanto habito, non posse adhuc Martem eatenus abduci, ut ipsius circuitus non intersecet circuitum Solis.

Verùm respondent, Ut Conditor Mundi fecit interstitia Fixarum adeò inter se inæqualia, sic feciſſe illum ut spatia inter Planetas inæqualia forent. Nempe varietate res gaudent, & Mundi perfectio in ea sic consistit, ut deberet potiùs videri improbabile, nisi talis varietas in rebus natura observitaretur.

Sectionem porrò illam circuitûs Solis à circuitu Martis nulli esse obstaculo, tum quia hujusmodi circuitus per liberrima spatia sunt, ac mente duntaxat cernuntur; tum quia non possunt unquam Sol & Mars sibi ad ea loca invicem occurrere, quoniam Mars in ipsis non est nisi dum est Actonychus, seu circiter ipsam sui cum Sole oppositionem.

Et sic illi quidem sententiam defendunt.

CAP

CAP. XV.

æ sit juxta ipsum Distantia & magnitudo Siderum.

Ipereſt coronidis vice, (cùm Tycho non modò impro-
párit vaſtitatem illam ingentem Copernicani Syſtematis,
Syſtema quoque Ptolemaïco longè anguſtius invexerit,
reſt, inquam) pervideamus quid opinatus fuerit non
lò de diſtantia & magnitudine Planetarum, ſed etiam
iſtantia & magnitudine Siderum Affixorum.

Quod ad Planetas itaque ſpectat, poſtquam ipſorum
llaxeis quantum licuit venatus eſt, talem pronunciavit
que (dum verſantur circiter medias longitudines) à
a diſtantiam.

iſtantia	Luna	eſt terrenarum ſemidiametrorum	$56\frac{1}{2}$
ocris	Mercurius		1150
bſunt	Venus		1150
rra	Sol		1150
	Mars		1745
	Jupiter		3990
	Saturnus		10550

poſtquam ſtudiosè obſervavit, quantúmque (teleſco-
ondum adinvento) exquiſitè potuit, apparenteis ſin-
um diametros ità definivit;

iameter	Lunæ	eſt minutorum	32
rens in	Mercurii		$2\frac{1}{6}$
ntia	Veneris		$3\frac{1}{4}$
ocri,	Solis		31
	Martis		$1\frac{3}{4}$
	Jovis		$2\frac{1}{4}$
	Saturni		$1\frac{5}{6}$

Tum

Tum magnitudinem cujusque, ut consequitur, pronunciavit.

Sunt	Luna	minores	42	vicibus quàm Terra:
	Mercurius		19	
	Venus		6	
	Sol	major	139	
	Mars	minor	13	
	Jupiter	majores	14	
	Saturnus		22	

Ad Fixas verò quod attinet, postquam attendit debere eas esse evectiores Saturno, non modò cùm est in distantiis mediocri, qualis recitata jam est, sed etiam cùm in maxima, quam statuit semidiametrorum terrenarum 12300. ac evectiores etiam secundi cujusdam quasi Epicycli Apogeo, cui distantiam largitur semidiametrorum 12900. idcirco ait Fixarum Sphæram vix posse à Terra propiùs abesse quàm semidiametris terrenis 13000.

Et cùm sit incertum utrùm omnes Stellæ æqualiter à terris distent, ac verisimilius videatur earum quasdam altiùs, quasdam humiliùs intra ejusdem Octavæ sphæræ capacitatem collocari, consultius fecerimus, inquit, si adhuc mille-nas semidiametros priori summæ aggregaverimus.

Quare & Distantiam Fixarum à Terra statuit præterpropter (neque enim hæc, inquit, exactâ & subtili mensurâ sunt pervestigabilia) esse Terrenarum semidiametrorum 14000.

Subindè autem ex hac distantia, & ex definitis quantum licuit (citra telescopii subsidium) diametris Fixarum apparentibus, in hunc modum:

Diameter apparens Fixarum magnitudinis	I.	est minutorum	2
	II.		1 $\frac{1}{2}$
	III.		1 $\frac{1}{2}$
	IV.		0 $\frac{3}{4}$
	V.		0 $\frac{1}{2}$
	VI.		0 $\frac{1}{3}$

duxit cujuſque, pro ſuo ordine, magnitudinem ſeu lem ità ſe habere;

t e gnitudinis	I	majores	68
	II		28 $\frac{1}{2}$
	III		11
	IV		3 $\frac{1}{2}$
	V	minores	1 $\frac{1}{18}$
	VI		3

vicibus quàm Terra.

djecit verò, cùm non omnes primi ordinis primæve nitudinis ſtellæ æquales inter ſe appareant, & propoſi- agnitudo conveniat propriè mediocribus, adjecit, in- n, fieri poſſe ut quæ in I. ordine maximæ ſunt, utì Ca- najor & Lyra, excedant Terram centies; quæ mini- quadragies quinquies. Et ſic quidem Tycho. erùm de hiſce Syſtematis, déque tota Inſtitutione onomica, hactenus.

FINIS.



ORATIO
INAUGURALIS

HABITA IN REGIO COLLEGIO
Die Novembris XXIII.

A PETRO GASSENDO
Regio Matheseos Professore.

DEmirabuntur, si qui me nôrunt, addictum divinis muneribus virum ad humana digredi studia, &, quasi propriæ functionis pigeat, suggestum Ecclesiasticum cum Academico commutare. Nirum videri id potest, nomen dedisse militiæ sacræ, & nsfugere ad profanam; manum misisse ad aratrum, & trorsum aspicere; assertum esse in libertatem, & cogire adhuc Ægyptum. Sanè verò, ad me quod spectat, n sine pudore rem aggrederer, si ipsam quidem ex ontaneo proprióque delectu obirem; si non semel ac rum tertiúmque jussus obsequi, obtemperarem voci am licuit nterpretari esse divinam.

Ipsa porrò vox tua est, EMINENTISSIME CARNALIS, qui Regi Christianissimo à quo instituerer laturus me, sic dignatus es me interpellare, ut multùm íque repugnantem tuâ (dicam patientiâ? an) bonitate geris; & qui poteras imperando, persuadendo malueris mpellere tandem ad dedendum manus. Nempe effecisti ut

intelligerem non vocari me ad profanum munus, quod credentium Pater Abrahamus alienum à se non duxisset, cùm, testantibus Hecatæo, Berosо, Nicolaóque Damascено, docuerit Ægyptios numerorum ac Siderum scientiam. Et licèt Aristoteles ipsos Sacerdotes Ægyptios Mathematicas invenisse scribat, dum post exhibitum Diis cultum, abunde esset temporis quo feriari permitterentur; heinc saltem constare, eas creditas fuisse à viris divinis originem ducere, neque ipsarum professionem fuisse habitam Sacerdotibus indecoram. Ac nè quis solos Ethnicos reputet hoc censu habendos, commendari ecce D. Basilium à B. Gregorio Nazianzeno, quòd fuerit non mediocriter in Astrologia, Geometria, Arithmetica, aliísque versatus: & cùm Patres cæteros, tum speciatim Beatos Hieronymum & Augustinum, passim declarare, quàm hæ disciplinæ necessariæ sint ad Scripturæ Sacræ interpretationem.

Effeciſti quinetiam ut intelligerem duplicem esse Codicem sacrum, quo Deus innotescere hominibus voluerit: alterum scriptum, & qui Sacrorum Bibliorum venit nomine; alterum apertam hanc faciem, sive majestatem ac Naturam rerum. Et cùm priori interpretando destinati sint viri Theologi supernaturali scientiâ eruditi; ad posteriorem interpretandum comparatos esse Mathematicos, qui naturali scientiâ instructi haberi non immeritò Theologi naturales valeant. Scilicet ipsam Veritatem, quæ non aliud à Deo est, manifestari duplici luce, Revelationis putà ac Demonstrationis; & priore uti vocatam Theologiam, posteriore Matheſin solam: cùm aliarum quidem, quæ dicuntur, scientiarum non demonstrationes, sed conjecturæ sint, nisi si quâ luce Matheseos fruuntur.

Denique effeciſti ut intelligerem duplex esse Templum in quo Deus Mystas Sacerdotésve exigat: alterum nempe ipsam Ecclesiam, in qua juxta divini verbi revelationem adoretur; alterum Systema hoc rerum, in quo agnitus juxta characteres ineffabilis sapientiæ colatur. Quamobrem & me duntaxat voluiſti è Templo in Templum transferri; quòd, cùm gratiarum sint divisiones, & in domo Dei man-

siones

ones sint multæ, credideris fore ut mea qualiscumque industria posset in hac parte Divinæ familiæ non inutiliter collocari.

Itaque tua hæc est vox, quâ, ut alter Samuel, (si dicere ceat) constanter vocatus mentem obediendo composui, itus te locum in Ecclesia tenere adeò eminentem, te eâ rovidentiâ dispensare munera, quibus, ut Maximus à sacris egi Christianissimo, es præfectus, ut resistere diutiùs puerit; neque eam adire stationem in qua me collocatum lles, ac pro viribus eam Spartam quam præscriberes exnare. Quinetiam probè memor cùm fuerim heroïcæ ilis Virtutis consummatæque pietatis, quâ pernôsse te ab que Eremo Insulisque primis præfulgentem licuit, induxi cilè in mentem, quicquid consilii caperes, non posse à nma virtute pietatéque non proficisci.

Sisto proinde me jam Tibi, totíque illustrissimo nobilissique Consessui, ut opus aggrediar sub tantis auspiciis od jussisti me exsequi; & prælectiones habiturus Cosmographicas, seu de Mundo, ab hymno exordiar Conditoris ndi. Siquidem cùm Plato, qui habitus est inter Philohos divinus, quærenti quid ageret Deus, celebre illud ponderit, Γεωμετρεῖν ὁ Θεὸν, *Exercere Geometriam rum*; nihil videor facere posse aut argumento accommotius, aut generi vitæ meæ consonantius, aut Tuâ totiúsque nsessûs celeberrimi attentione dignius, quàm si, cùm ipquoque personam Philosophi Christiani gerens, haud seis quàm ille fuero responsurus, dicere admitar, quî Deum ercere Geometriam putem.

Principio verò, cùm Geometria aut contemplando aut endo (ex quo distinguunt Theoremata Problemataque) erceatur, videri potest non incongruè intelligi Deum exere Geometriam tam dum contemplatur, ac potissimùm e ipsum considerat, quàm dum agit, maximè verò Mum creat ac moderatur. Et de Contemplatione quidem primùm dicamus: Supponendum profectò est, illud esse er divinam humanámque discriminis, quòd humana ratinando, seu ex principiis ad conclusiones gradatim per-

gendo, incedat; divina, cui nuda & aperta sunt omnia, cui nullum consequens est minùs manifestum quàm antecedens, cui omnis propositio communis sententia seu axioma est, divina, inquam, simplici & citra omnem successionem intelligentiâ perficiatur.

Donec porrò Deus in seipsum attendit, ecquid inspicit, ut Geometricè contemplari quicquam censeatur? Scilicet primùm Naturam suam, ac deinde Triadem sacram Hypostasewn seu Personarum. Nam imprimis quidem Naturam contuetur, habétque ut Sphæram, cujus (Ethnico etiam definiente) centrum sit ubique, circumferentia nusquam. Quo loco par est admonere, cùm Deum nemo viderit unquam, cùm habitans Deus lucem inaccessam, & hominum, quasi noctuarum, oculos fulgore præstinguens, posuisse dicatur tenebras latibulum suum, ea propter non esse cur nos, miselli homunciones, & pulvis cinísque cùm simus, quidpiam de tanta Majestate quatenus in se est, non dico effari, sed nè hariolari quidem, contendamus. Quocirca decere ut nos sic habeamus, nôsse Deum figmentum nostrum, & paternâ quadam indulgentiâ ferre nos de se non ut in se est, sed ut nostro captui congruum est, loquenteis; ac esse abunde, si ea babutiamus ex quibus ipse, qui bonus est, tanquam ex ore infantium lactentiúmque laudem perficiat.

Igitur concipimus Deum, dum suam speculatur naturam, habere ipsam quasi Sphæram, quatenus à nobis nulla figurarum capacior, æquabilior, perfectior intelligitur; quatenus cùm sit summè individua, est ipsamet veluti centrum ex quo divinæ perfectiones, quas & proprietates & attributa nominant, quasi radii quidam dimanent; quatenus istæ perfectiones sunt ipsi quasi circumferentia quà veluti circumscribatur, seu, quo potest modo definiri, discernatur ab omni re quæ non est Deus. Quanquam, nè propterea veram aliquam limitationem imaginemur, nusquam exstare hujusmodi Circumferentiam dicimus, innuentes nullam perfectionum divinarum esse extremam, nullam in qua sit aliquid extremum. Quo modo, nè vox quoque Centri li-

mitatum

nitatum quid suggerat, ideo ipsum esse dicimus ubique; nuentes naturam divinam in omnibus & cum omnibus rfectionibus idem esse, utpotę quæ fons simul inexhaustus Oceanus interminatus sit.

Ac mirari quidem par est Centrum tantæ fœcunditatis, punctum cùm sit, pro immenso tamen habeatur: sed il- d nimirum idem est quod Monas sive unitas; quo nomi- Pythagoras jam olim designavit Deum. Dictum cele- e Trismegisti est, Monas genuit Monadem, & suum in reflexit ardorem; idque tum nonnulli de Sanctissimo initatis mysterio accipiunt, tum D. Thomas censet potiùs esse interpretandum, ut intelligatur Deus, qui est unus, undum, qui etiam unus est, ob sui amorem condidisse. d potest forsan res eò spectare, quòd cùm numeri in se- os ducti alios à se ipsis gignant numeros; nam binarius quaternarium creat, ternarius ter novenarium, quater- rius quater senarium denarium; Monas tamen seu uni- nihil aliud quàm Monadem seu unitatem pariat, quo- m unum semel unum tantùm est. Et cùm binarius, ter- rius, cæteræque numeri, multiplici sui in seipsos ductu ductúque, sese in quadratos, cubos, quadrato-quadratos, adrato-cubos, cubo-cubos, aliósque majores majorésque meros, ut in radios quosdam, veluti diffundant, ipsa onas seu unitas in seipsam perpetuò rediens, sibíque & dix, & quadratum, & cubus, & alia exsistens, ipsos sui dios, seu (nomine alio) ipsum sui ardorem, in seipsam lectat.

Hâc proinde ratione Deus verè Monas est, quatenus non test enunciando duci in ullum sui attributum quod Deus n sit, aut aliud de Deo quàm Deum declaret. Quip- dum quis dicit, Deus bonus est, nihil aliud quàm di- , Deus Deus est, quòd Deus sit Bonitas sua; neque tam ud attributum, quàm Sapientia, quàm cætera, aliud sint àm ipsemet Deus. Unde & dici potest Monas enunciari Monade, ac suum in se reflectere ardorem, quatenus di- na natura quodvis attributum enunciando refert ad se, su- nque cum ipso communicat denominationem. Ac rursus

esse idem cum Centro, quòd ubique sit, quatenus nullum est attributum in quo & cum quo idem non sit, quódque in seipsam quasi non reflectat; instar lucidi in centro Sphæræ collocati, dumradii ut exeunt, sic redeunt in centrum.

Exinde verò intelligitur non modò Unitas divina, prout tam repugnat naturam Divinam quàm aut Monadem aut centrum Sphæræ multiplicari, verùm etiam Simplicitas, prout tam à Deo aliena est omnis compositio attributorum quæ Deus non sint, quàm ab unitate omnis contextura quadratorum & cuborum qui unitas non sint. Et cum aliunde Sphæra sit cujus centrum ubique est, circumferentia sine extreno; intelligitur etiam ut perfectione Infinitus, sic spatio Immensus, duratione Æternus. Imò & intelligitur ut Inmutabilis, prout nulla perfectio est quam acquirere, nula quam amittere valeat; ità & Immobilis, prout non est locus ad quem accedere aut à quo recedere possit; & Ingenitus atque Immortalis, prout inceptionis desitionisque est incapax, ut putà τὸ ὄν, *idipsum quod est*.

Prolixior æquo evaderem si percensere cætera vellem, aut in iis etian ostendere quas rationes Geometricas Deus contempletur. Nam circa Potentiam, ut exemplo dicam; relationem intelligens quæ est inter vim motricem & pondus, compara creabilia omnia in nihilo sui quasi quiescentia cum sua illa omnipotentia, quæ sola est par ipsis è nihilo dimovendis. Circa Justitiam; tum similitudinis, tum æqualitatis rationes perspiciens, priorem agnoscit in specie illa justitiæ quam Distributivam appellant, quatenus tribuit unicuique secundùm propria opera; posteriorem verò in illa quam Commutativam, quatenus licèt nemo prior dare quod illi retribuatur possit, ipse tamen est adeò bonus, ut ea quæ largitur munera coronet. Circa Bonitatem proinde, atque adeò circa Clementiam Misericordiámque; ad tam majoris quàm minoris inæqualitatis rationes attendens, pervidet quî juxta priorem remuneretur ultra condignum probos, quî juxta posteriorem punitur citra condignum improbos. Circa Scientiam, atque idcirco

co circa Sapientiam Providentiámque; fortiter attin-
is à fine ad finem, sic ut inter figuras congruas incon-
ásque, intelligit quicquid est rebus omnibus vel consen-
eum vel dissentaneum, ut exinde sit ratio quâ omnia
viter disponit. Circa denique Prædestinationem; alti-
inem divitiarum scientiæ sapientiæque considerans, ac
noscens quæ longitudo, quæ latitudo, quod profundum,
quæ abyssus sit judiciorum decretorúmque æternorum,
mensurationem intuetur quæ est inter hominum mas-
, operáque eorum vel bona vel mala, cum suo benepla-
; tametsi nobis fecerit judicia incomprehensibilia, &
vestigabileis vias, ut sit quod miremur potiùs quàm
temur, quasi hæ sint nobis incommentrabiles, & ve-
irrationales, seu surdæ ac ineffabiles, ut vocant Geo-
ræ, quantitates.

am quod ad sacram Hypostasean Personarúmve Tria-
spectat; ipsa sanè esse videtur, ob quam dici potest
s contemplando *dei γεωμετρεῖν, æternam quandam*, ac
n quidem super-eminentem, super-excellentem, nulli
parandam, *exercere Geometriam*, juxta illud, Pater
s usque modò operatur, & ego operor. Videlicet actu
contemplandi duæ Hypostases seu Personæ exsistunt;
a Intelligentis, seu Patris æterni, altera Verbi, seu æ-
Filii. Et quasi Contemplatio hæc, quâ Pater & Fi-
onstituti se mutuò spectant, sit eminentissimâ ratione
positio simul & Assumptio incomparabilis Syllogismi;
potest non consequi ardor, seu potiùs non simul accendi
sisteréve reciprocus Amor, tertia nimirum Hypostasis,
náve Spiritûs Sancti, quæ, Conclusionis cujuspiam in-
numerum terminet productionum Personarúmque
harum.

ne proinde hoc adorandum Trinitatis mysterium ha-
mus rursus ut Sphæram, cujus quasi Centrum sit Pater
nus, qui totius Divinitatis fons, origo, principium ac-
modatè dicitur; Circumferentia Filius, in quo legitur
tare plenitudo Divinitatis; & Radi centro circum-
tiæque intercedentes Spiritus Sanctus, qui est Patris &

Fili

Filii communis & quasi intercedens ardor, ac veluti nexus vinculúmve mutuum ? Anne potiùs dicendum est emanere in hoc Mysterio quicquid sublime magnificúmque humana Geometria etiamnum requirit ? Percelebre est latere eam adhuc quam Quadraturam circuli vocant ; atque in circo in eo esse, ut describat Triangulum, cujus si basin ostenderit circuli ambitui æqualem, tum demum esse Circulo Triangulum æquale demonstret. At in hoc Mysterio augustissimo glorioſissima Personarum Trias ità infinitæ essentiæ, ipsiúsque fœcunditati, tanquam Circulo exæquatur, seu, ut sic loquar, & veriùs quidem, penitus identificatur, ut cùm sit omnium & cujusque una atque eadem essentia, una proinde ac eadem sit immensitas, æternitas & perfectionum plenitudo.

Sic, cùm nondum nôrit humana Geometria trisecare angulum, divideréve, & citra accommodationem mechanicam ostendere divisum esse in tria æqualia ; habemus in hocce Mysterio unam Essentiam non tam trisectam, quàm integram communicatam in tria æqualia Suppositа, quæ cùm simul sigillatímque totam individuámque possideant, sint inter se tamen realiter distincta. Et cùm illa adhuc maneret in iis Angulis quæ ad contactum circuli fiunt, dari quidpiam majus, dari quidpiam minus, non dari æquale, seu posse à minore ad majus, à majore ad minus, & non tamen unquam per æquale, transiri : ecce in hisce Suppositis Hypostasibúsve divinis cum ipsa Essentia identificatis, datur quidem producens, datur & productum, (quæ inter esse vulgò solet Disquiparantiæ relatio) & tamen non majus, non minus, sed æqualitas mera est ; quando neque Persona producens est causa, ut eâ ratione major sit, neque producta sic oritur ut quasi effectus dependeat, sícque censeri minor possit.

Ad hæc, ignorat illa adhuc descriptionem aliam quàm mechanicam duarum linearum proportionalium datis duabus intermediarum, ut factum super secunda facto super prima simile solidum, rationem cum ipso referat extremarum. Nempe ex hac re ignorata, notum est nesciri quî du-

plicandi

ndus cubus sit; ac peccatum propterea esse, cùm ju-
e Minoe sepulcrum Glauci, & jubente Apolline Deli-
n aram duplicare oportuit; utì & peccavit in oppositum
res, cùm duplicare Rhodium Colossum in dimensio-
omnem aggressus, nonnisi materiæ duplum postulavit.
ic, miro modo, inter Deum & Hominem, quasi extre-
datur qui ex duabus Naturis constituitur, & cui indi-
Mediatoris nomen Θεάνθρωπος, Christus; Composi-
nempe admirable, quod in secunda Hypostasi, seu per-
Verbi, (assumptâ in illam naturâ humanâ) veluti
itur; atque idcirco comparatum cum Natura alteru-
& reconcilians ima summis, (ut in Ecclesia canitur) ra-
m refert extremorum. Quippe & cùm vulgo Geome-
suam commendet Hyperbolen, ob descriptionem τῶν
σῶν, *incoincidentium linearum*, etsi productæ in
rum ad se invicem continuò accedant; datur hîc Hy-
oles genus omni majus Hyperbole, utpote in quo illa
s quæ infinitè distant junguntur.
uinetiam, cùm sese efferat Geometria ob illud Proble-
quo Datis duabus figuris, conscribitur tertia quæ al-
equalis, alteri similis sit, (nimirum reputat Plutarchus
n potiùs esse ob quod Pythagoras immolârit, quàm
ore illud Theorema de Quadrato subtensæ, includenti-
ectum laterum quadratis æquali:) illud hîc mirabile
at hinc Deo, hinc Homine, si modò liceat dicere, datis,
ituatur quasi quid tertium, ipse idem Θεάνθρωπος, seu
iator Dei & hominum, Christus, qui ex Symbolo sit
alis Patri secundùm Divinitatem, & secundùm naturam
nptam sit ex Apostolo in similitudinem hominum fa-
habitúque inventus ut homo. Verùm hæc satis de pri-
sive Contemplativa parte.
d posteriorem seu Activam, respectu nempe hujus
di universitatísve rerum, quatenus Deus ejus est Au-
Moderatórque, quod attinet, perspicuum est sanè
Philosophiam modò sed Sacra etiam oracula edicere
ετρεῖν τὸν Θεὸν, *exercere Geometriam Deum*; quandò
aliud sonant ea verba quibus dicitur omnia facere in
Numero,

Numero, Pondere & Mensura. Et quoniam Deus non a ratione, vel ipso Platone authore, Mundum regit qu condidit, (ex quo efficitur ut Mundi rerúmque conserva intelligatur nihil esse aliud quàm continens quædam pr ductio) ideo sufficit pauca attingamus de ipsa divina Ge metria, tam circa Originem Mundi præcipuarúmque e partium, quæ constanter eædem perdurant, quàm circa stitutam seriem suborientium continuò rerum.

Imprimis verò, cùm Deus æternam Mundi Ideam pr hibuerit, quemadmodum ipse, ut prædiximus, intelligibi Sphæra fuit; sic Sphæræ corporeæ ideam, quâ esse formo sior figura non posset, concepit, ac ipsam deinceps expres in opere.

——————Tu cuncta superno
Ducis ab exemplo; pulcrum, pulcerrimus ipse,
Mundum mente gerens, similíque ab imagine for mans.

Quid enim pulcrius eâ figurâ, inquit ille, quæ sola omne alias figuras complexa contineat, quæque nihil asperitat habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nih anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? Nimirum tametsi figuræ Geometricæ eâ perfectione æquabilitatis, i divisibilitatis, & similium, quibus definiri etiam vulgò so lent, reperiantur solùm in Ideis divinis (ac proinde solu Deus ad illas attendens agere censeatur perfectissimum Ge ometram) & taleis neque assequi mens neque exhibere ma nus nostra valeat, (ut ideo causari solitus sit Plato labefacta ri Geometriæ bonum, cùm illæ ex statu intelligibili ad sen sibilem demittuntur;) attamen quæ sunt immediatè ex De manu opera non possunt non perfectissimè Exemplaris s perfectionem referre. Unde est idemmet professus, dedis Deum figuram Mundo & decoram & sibi congruam (quo niam consentaneum foret, ut quod animal continere debe bat omnia animalia, eâ esset figurâ quæ omneis figuras ca peret) ac ideo globosum fuisse factum Mundum, ut paribus à medio radiis ejus extremum attingeretur.

Ac adnotari quidem posset, quod nonnulli notant, Pla tonem

em ad memoratum reſpexiſſe Problema, cùm, datis ma-
â inordinatiſſimâ & Ideâ pulcerrimâ, docuit fuiſſe Mun-
n à Deo, ut à Geometra præſtantiſſimo, materiæ æqua-
, Ideæ ſimilem effectum : verùm diſplicet, quòd materi-
coæternam fecerit Deo, ſi voluit eam quidem durationē
cedere Mundum, ut plerique intelligunt ; aut coæter-
n etiam ipſum Mundum, ſi præceſſiſſe ſolùm naturâ, ut
rpretes celebriores accipiunt.
iquidem utrumque repugnat ſacro Geneſeos Codici,
a quem ſatius eſt obſervare Senarium dierum nume-
quo Deus Mundum conditum voluit. Quippe non
dò hic numerus deſignandæ Mundi perfectioni idoneus
quatenus eſt omnium perfectorum primus, conſtans ſci-
t exquiſitè ex aliquotis partibus, quæ ſunt unitas, bina-
, ternarius ; verùm etiam præſtat quod Plato conten-
unitate nempe ideam, binario materiam, ternario ipſum
dum corpúſve Mundi referens ; quod Philo quoque ex
e habet. Ut taceam aliunde numerum Senarium, licèt
e ductus reductúſque excreſcat in numeros, redire ta-
ſemper in ſeſe, (quoniam ſexies ſex ſunt triginta ſex, &
numerus ſexies ducenta decem & ſex, & hic rurſus
es mille ducenta nonaginta ſex, atque ità porró :) ut
lligamus eſſe quidem Mundum & actu compoſitum, &
ſtate multiplicem ; ſed reipsâ tamen & unicum eſſe, &
m Exemplaris Authoríſque ſui, quantum poteſt, ſim-
itatem unitatémque æmulari.
An autem, cùm Geometria non agnoſcat corpora plura
ata Regularia quàm quinque, tribuit Deus illorum
nas corporibus quinque ſimplicibus Mundi ; Cubicam
licet Terræ, Icoſahedricam Aquæ, Octahedricam Aëri,
amidalem Igni, Dodecahedricam Cœlo ? Ità quidem
met Plato Pythagoreos imitatus : utcumque id eſſe ac-
endum conſtet, non de figura ſanè totali ac externa,
aut de Proprietatibus ſymbolicè ſignificatis, verbi causâ,
ditate, fluiditate, mobilitate, & cæteris, ut vulgaris
entia eſt ; aut de Harmonicis regionum Planetariarum
rvallis, ut non deſunt qui autument ; aut citra ambages

de

de figuris Atomorum corpusculorúmve διὰ σμικρότητα, *parvitatem*, inconspicuorum, ex quibus Deus unumquo que corporum primorum contexuerit, ut ille in Timæo obscurè insinuat, & nonnulli, quos inter Simplicius chymeriúsque, interpretantur. Utcumque sit autem, & qu cumque habeantur præcipua Mundi corpora; constat p fectò posse nihil ipsis regularius formari.

Nam & quamvis non admittatur illa Mundi Anima q ἐκ ταυτοῦ καὶ ἑτέρου, *ex Eodem & Diverso* composita, quasi tertia Natura facta, contineat in sese rationes harm nicorum numerorum, ipsíque adeò accommodetur decant tus ille Quaternio, Sacramentum Pythagoræ, & ἀενάου σεως πηγὰ, *sempiternæ naturæ fons*, propter denarium (ipsum quidem Principiorum) numerum, quem ejus part junctæ componunt, proptérque præcipuas Consonanti species quarum proportiones ambitu suo complectitur, (cu quatuor ad duo & duorum ad unum sit proportio dupl quâ constat Diapason, seu vocata Octava; trium ad du sesqui-altera, quâ Diapente, seu Quinta; quatuor ad tri sesqui-tertia, quâ Diatessaron, sive Quarta:) nihilomin manifestum est, eam esse naturam Mundanorum corporu ut, seu molem spectes, quâ maxima sunt, seu contextura quâ integerrima, seu cohæsionem, quâ congruentissima, f figurationem, quâ speciosissima, seu positionem, quâ d centissima, seu mutuam habitudinem, quâ ordinatissima, f motionem quietémve, quâ durabilissima, seu finem ac d stinationem, quâ appositissima, seu aliud demum quidlibe esse nihil possit concinnius.

Quare & nihil est necesse ad explicandam τὸ ταυτοῦ ἑτέρου, *Ejusdem & Diversi*, seu *Individui & Divid circa corpora* naturam, progressiones Geometricas instit ere ad duos primos Cubos, octo scilicet ac viginti septen ex quibus contextus numerus triginta quinque dicitur Ha monia, quòd componatur aliunde quoque ex sex, octo, n vem, duodecim, in quibus etiam enumeratæ proportion harmonicæ, ac insuper sesqui-octava, quæ Toni major appellati est propria, consistunt. Neque item fingere Deu

mista

tam ex utroque naturam feciſſe quaſi literam *Iota*, ex
a in longum biſecta, & partibus in medio revinctis, ac
formam literæ *Xi* diductis, ínque orbem oppoſitè con-
ſis, duplices cœlorum converſiones intelligantur; nimi-
n & una primi mobilis Sphæræve Inerrantium in occa-
u, ob naturam Ejuſdem individuam, & ſeptem ipſo-
n Planetarum in ortum, ob naturam Diverſi dividuam
eptupliciter ſubdiſtinctam. Satis eſt, factam occaſio-
n adnotandi illum concentum, ſive tantum illum ac tam
cem ſonum, propter quem attributæ ſunt ſingulis Sphæris
Sirenes ſeu Muſæ, ſeparatæve illæ Subſtantiæ, ideo à
terioribus dictæ Intelligentiæ, quòd corporeæ molis
quin expertes, intelligentiſſimæ ſint harmonicarum
portionum à Deo vero Muſagete & quaſi Apolline præ-
ptarum. Nempe quaſi ſint Aſtra matutina à quibus
Deus laudari teſtatur, ac ſubinde interrogat, Quis
rrabit cœlorum rationem? & Concentum cœli dormire
s faciet?

Atque id quidem, nè memorem quòd Deus rurſus legi-
appendiſſe tribus digitis molem Terræ, & monteis in
idere, colleis in ſtatera libraſſe, quòd appendiſſe Aquas
nenſura, poluiſſe legem pluviis, feciſſe ventis pondus, &
genus ſimilia; ex quibus mirum haudquaquam eſt, ag-
ci vulgò in Elementis eam ſymmetriam atque tempe-
m, ut ex ipſis, tametſi variè tam ſecundùm alteratrices
im ſecundùm motrices qualitates contrariis, Syſtema
nen harmonicum quaſi ex quibuſdam acutis gravibúſque
is reſultet. Præclarè videlicet ille,

Tu numeris Elementa ligas, ut frigida flammis,
Arida conveniant liquidis, nè purior Ignis
Avolet, aut merſas deducant pondera Terras.

Ut jam de miſtis corporibus, quæ in ſerie ſunt rerum ſub-
entium ſeu generabilium corruptibiliúmque, dicamus;
quis vel in iis quæ ſolent imperfectè miſta cenſeri, non
miretur Arcum illum quem Deus apertè recepit ſe po-
rum in nubibus, quaſi non foret Geometra alius qui
cino ullo tam perfectum deſcriberet, & pictore adhibito,

tanta

tantâ colorum varietate, misturâ, suavitate, vividitate, pu
critudine exornaret ? Vide Arcum, inquit Sapiens, & be
nedic eum qui fecit illum : valde speciosus est in splendo
suo ; manus Excelsi aperuerunt illum. Ecquis non proind
Halonem vocatámve Coronam suspiciat, quæ ut diametr
est dimidio minor, sic ambitu est duplò consummatior quà
Iris ? Ecquis non Parhelia, sive Soleis spurios, qui ut sun
Iridum Coronarúmque mutuò intersectarum quasi nodi, s
habent semper à vero Sole dimensam statámque dista
tiam ? Præcipit Deus Nivi ut descendat in terram, ac ipsam
sicut lanam dat : Putatísne verò, illi quasi pappi flocculi
nivei divinâ quadam Geometriâ carent ? Ecce ipsi aliud ni
hil sunt quàm texturæ quædam candidarum stellularum,
quarum quælibet ex sex radiis scitissimè compingitur, iisque
nunc quidem simplicibus, nunc verò heinc indè veluti ra
mosis. Putatísne carent & Sales, quos Deus Terræ ad
lius fœcunditatem indidit ? Ecce commune, seu marinum
quod vulgò nonnisi detritum habetur, formatur constantes
in hexahedricam, seu cubi figuram, Aluminosum in octahe
dricam, & cæterorum quodque in suam: utcumque mentes
oculósque ad hæc non advertentibus omnia esse temere po
tiùs quàm Geometricè figurata appareant ; neque mani
stum fiat illico quàm verè dictum fuerit, & fide carere m
mentis singulis Naturam, & opera omnia Naturæ oper
esse intelligentiæ.

Quid commemorem verò Lapides ? quos inter Smarag
dus dodecahedricâ specie nascitur, Adamas octahedricâ
Amethystus hexahedricâ, & Crystallus etiam, non modò
quà parallelipipedos est, verùm etiam quà in cuspidem coi
Sic & apud nos creatur Rhomboïtes ; & passim Pyrites
tessellatus est, & Specularis lamellatus, & Focarius te
bellatus ; & Cotes etiam id speciale servant, ut sint, præter
formam, longitudine ad latitudinem duplâ. Dicerem de
Stellatis, Striatis, Cornutis, Conchitis, Ostreitis, Pectinitis
Stromboïtis, & cæteris ; imò & de Fluviatilibus, aliisque
passim obviis ; etiam de Saxis Rupibúsque, quibus, si pe
tempus liceret, suas quoque esse figuras nativas edisse
rem

m: Sed vice tamen omnium unus esto Magnes, qui cùm alioquin

Decolor, obscurus, vilis; non ille repexam
Cæsariem Regum, nec candida Virginis ornans
Colla———

uis tamen in eo attendat non modò illam ferri pellicien-
onvertendíque in polos vim, verùm etiam æmulationem
eometricæ structuræ Mundi, cùm non modò fit, ut jam
i solet, μικρογὴ *Terrella*, sed etiam μικρόκοσμος *Mundu-*
quatenus suum habet Axem, suum Centrum, suos
os, suum Æquatorem, suos Parallelos, suos Meridianos,
eráque miracula;

Tum superat pulcros cultus, & quicquid Eoïs
Indus littoribus rubra scrutatur in alga.

Vegetabilia quòd spectat; Geometrica sanè est Semi-
vis quam Deus initio impressit, dum jussit Terram
ninare herbam virentem, & facientem semen, & lignum
iferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen
metipso esset. Non enim potest Imperator Geometri-
scitè magìs milites componere, ordinésque & aciem
uere, quàm hæc vis parteis plantæ omneis earúmque
tioneis, quasi pensa quædam, distribuit. Heinc nempe
distinctæ illæ, ut secundùm totas, sic secundùm parteis,
ttarum figuræ, & distincti etiam statíque ordines ac
ieri, quibus in cauleis pullulant, finduntur in ramos,
duntur in folia, luxuriant in floreis, excrescunt in fru-
: tantâ quidem concinnitate, ut turbinatis, orbicu-
,angulosis, cylindricis; ut umbellatis, racematis, spicatis,
tis; ut galeatis, umbilicatis, lunulatis, campanulatis; ut
batis, aculeatis, denticulatis, laciniatis; ut triphyllis, pen-
ayllis, heptaphyllis, hecatomphyllis; ut monostichis,
ichis, tetrastichis, hexastichis, atque id genus innume-
nihil excogitari elegantius possit. Nè proportionem
norem quâ unaquæque attemperatur, ut læta suo solo
óque proveniat; ut si aliunde sit imbecillior, aut firme-
geniculis, aut claviculis, quasi manibus, fulcimenta
ripiat, aut hamulis cuilibet rei quam contigerit ad-

hæreſcat; ut donec fœtus ſunt teneriores, ipſos pulpis, cor-
ticibus, ſiliquis, utriculis, caliculis, glumis, imò etiam
ſpinis, ariſtis, aliiſque id genus decentiſſimè figuratis com-
muniat.

Porrò & in ipſis Animalibus Semineâque illorum v
luculentior adhuc Geometria, tum inſtituta cùm juſſit De-
us producere Aquas Cete grandia, & omnem animam vi-
ventem atque motabilem in ſpecieis ſuas, & omne volatile
ſecundùm genus ſuum; producere Terram animam viven-
tem in genere ſuo, jumenta & reptilia & beſtias terræ ſe-
cundùm ſpecieis ſuas; ac Hominem ipſum, quem de limo
terræ formaverat, creſcere, multiplicari, & replere terram.
Nimirum ea vis tantâ eſt induſtriâ, ut tota noſtra Mecha-
nica nihili prorſus habenda ſit, ſi cum ea quam obſervare
vel in minimi animalculi fabrica licet comparetur. Vere
profectò vir ille Sanctus, Manus tuæ fecerunt me, & pla-
maverunt me: pelle & carnibus veſtiiſti me, oſſibus &
nervis compegiſti me. Ecquis enim alius Dædalus aut
Archytas potis eſſet excogitare elaboraréque tam præclara
Automata, ac tot in ipſis machinamenta, non ad pauco
ſanè atque momentaneos, ſed ad innumerabileis conſtan
teſſque, tam naturaleis quàm ſpontaneos, motus? ac
ipſa quidem potiſſimùm tam exquiſitè fabrefacta, tam con
cinnè diſpoſita, tam aptè cohærentia, tam congruè diſtin
cta, tam inconfuſè copulata, tam inſtituta appoſitè, tam
uſurpata facilè, tam obſequentia expeditè, ut nemo vel ad
unum cor, vel ad unum oculum, vel ad unam manum, vel
ad aliam quàmlibet partem, ejúſque texturam inimitabi
lem attendens, non obſtupeſcat, exclamétque cum Pſalte
Quàm mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, O Deus! Quid
verò exclamet duntaxat factam ex ſe mirabilem? Quid ex
ipſis quinetiam Elephantibus ac Balænis? Cùm etiam Pulex
etiam Acari, ex tam multis támque admirandis organulis
& machinulis conſtent, ut jure dicatur à ſancto Doctore
Divinus ille Artifex ità magnus eſſe in magnis, ut minor
parvis non ſit.

Enimvero cùm ipſum corpus tantâ moliatur ſymmetriâ
ecquis

quid dicamus de Anima, in cujus gratiam id compara-
r? Annon vel in ipsismet Brutis mirari licet ordinem
o se Facultates animales habent, dum sentiens monet,
prehendit imaginans, jubet appetens, exsequitur movens?
non mirari proportionem quâ Facultates singulæ cum
jectis suis sic contemperantur commensurantúrque, ut in
atione patientis ad agens aut excipientis ad exceptum
æquatio ulla exquisitior esse commendatiórque non va-
; & maximè quidem prout ex objecti ad facultatem
licatione sensus voluptásque sequuntur? Annòn mi-
præ cæteris vim illam Imaginatricem, Rationis adeò
ulam, ut nè Bruta nostri nimiùm similia esse videantur
estare putemus, si ea non ratione, sed instinctu seu im-
u naturæ cæco agi dicamus? Utcumque sit enim,
ntus quæso esse Geometer ille debeat, à quo habent
es instinctum, ut favos tam scitè conforment figurâ hex-
dricâ, quâ non est alia magìs idonea ad relinquendum
i nihil, quà ad latera apicésque cohærent? A quo
et Aranea ut contextura in orbem telam, de centro pro-
eat, radiósque diducat ac firmet, quos inter deinceps
iatur, perficiátque opus ἑλικοειδῶς, seu *spirali ductu?*
uo Formica ut sua illa cava subterranea tantâ provi-
tiâ discriminet, cellulásque quasi ædilis pro usuum
etate partiatur? A quo Hirundo ut ad trabem hemi-
licum nidum fingat; quâ formâ, si locus finísque specte-
esse nec capacior nec commodior valeat? A quo
um grex ut volando in Triangulum sese componat, ac
ersamne ventorum vi, cuspidem penetrando præmittat?
uo grex Thynnorum ut in illa sua quæ quotannis per-
ur per Mediterraneum peregrinatione, formet se in
am, ad natandum semper non modò gregatim, sed
m in omnem positionis diversitatem; aliáque id genus
enta?

Denique verò ex Rationali sive Hominis Anima, quam
as speciatim ad imaginem & similitudinem suam fe-
licet sanè intelligi quanta Dei Geometria sit, quan-
ipsa tota ex rationibus veluti Geometricis constat.

Primùm quippe sua ex natura ad sciendum comparata est scientia verò in eam non subit, neque ipsi accommodatur, nisi sub forma figuràque Syllogistica ac Demonstrativa, qualem reperire in Geometricis dunt axat ratiociniis licet, aut si qua alia sint quæ ex ipsis quadantenus participent, eorúmve structuram & vim perfectionémque æmulentur; ut etiam de iis quibus oratori utendum est, ille præscribit qui jure omnium optimus in arte dicendi magister habetur. Heinc certè propter naturalem veluti commensurationem quæ inter scientiam scientémque est, exsistere videntur illæ omnium humanissimæ ac ineffabilissimæ voluptates quibus non modò Pythagoras, Archimedes, & quot quot præclarum aliquid inveniunt in Geometricis afficiuntur, ac ideo aut sacrificant, aut exclamant, ingeminantque celebre illud Εὕρηκα; verùm etiam Tyrones ipsi, qui nescio quâ mirâ suavitate exsiliunt, quoties cujuspiam Theorematis demonstrationem primùm perspiciunt. Deinde cùm humana mens fundat ex seipsa, tanquam ager ferax tantam segetem admirandorum Theorematum; annon par est ipsam sic conditam esse, ut semina eorum in sese contineat, & ex ipsis veluti constet, naturâque adeò Geometricâ sit? cùm & tametsi nugamenta sæpenumero proferat illa tamen sint quasi partus spurii, & recrementa veluti quædam, ipsâ exsistente ex se comparatâ ut veritatem parturiat, & cognoscendo Authorem suum, qui Veritas est, ideo referat quòd ille qui plantavit aurem, ut Psalta canit, non audire, & qui finxit oculum, non considerare non possit. Et sanè id vel heinc suadetur, quòd ad imaginem Dei facta Anima exsatiari nunquam cognoscendo valeat, quousque ipsum omnia videntem facie ad faciem videat; & factâ inter gratiæ semen gloriæque lumen exæquatione, illum secundùm omnem sui quasi dimensionem possideat, ac pleniss imâ securissimâque ejus fruitione felix conquiescat.

Atque hactenus quidem Hymnus esto, non qualem pro rei majestate decuit, sed qualem pro virium tenuitate cuit præcinere rerum Authori sapientissimo, potentissimo optimo

imóque. Nunc, cùm ipsum opus exsequi oporteat in
ce celeberrimo totius non modò Gallici Imperii, verùm
m orbis Christiani, theatro, quid, putas, mihi est
ni, EMINENTISSIME CARDINALIS, cógitanti non
e me eam sustinere personam quæ tuæ de me opinio-
c fortassis aliorum quoque exspectationi, respondeat?
itanti me imparem qui claritatem promoveam tantæ
demiæ quæsitam, tum ab illis luminibus Orontio, Pe-
Bressio, aliisque claris antecessoribus, tum à clarissimo
ega Morino, cui famam Famosum peperit Problema, &
tia Longitudinum longè latéque propagavit? cogi-
immeritum qui in Societatem coopter tot cæterorum
brium Professorum adeò illustrem? Nam Duval-
quidem meritissimus non ætate magìs quàm virtute
Decanus, aut Decani vicibus fungens, ejusmodi est,
quantum in Græca Latinâque Philosophia possit,
esse abunde valeat vel ipse Aristoteles, qui toties
cè Latinéque ab eo illustratus, quam ab ipso accipit
n cumulatissimè in ipsum refundit. Nemo interim
git quin designatus ipsi collega Capreolus electioue
ignissimus sit, qui toties tantâque frequentiâ ac cele-
te tantâ nominis Philosophicum stadium est emensus.
d idem dicendum quoque de Alverno, quem designâsti
iter collegam eximio Flavinio. Flavinio, inquam, ex-
illi, qui cæteris Sacræ Facultatis Doctoribus par, id
iale habet, ut ex ipso fonte, Hebræo nempe textu, hau-
unde quasi vivo gurgite exundet. Nec secùs Dartisius,
n Jure, quod profitetur, haberi potest quasi liber Po-
ti inscriptus Canon, à quo olim, velut à lege, linea-
a artis, ut Plinius loquitur, petebantur.
m in Medica facultate is Riolanus est, quem exteri
ac indigenæ admirantur; ut quo minutissima quæ-
ex quibus corpus humanum constat scrupulosissimè
ante, nemo videatur meliùs parere oraculo illi, γνῶθι
σεαυτὸν, *Nosce teipsum.* Is Charterius, cui quantum sit
medicorum natio debitura, clamat magnum illud
pocraticorum Galenicorúmque operum Syntagma

quod

quod generosissimè est aggressus ; idque substituto inter Cusinoto, qui sese ut suggestu Regio, sic Augusti cubic primario gradu, dignum exhibuit. Is Moreus, quem ne as plurefsne in mente an in Musco libros possideat : dign qui vivat, per quem vivunt tot nobiles medici ; dign qui valeat, à quo illustrata tot valetudinis documenta. Akakias, qui eum se præstat, ut brevi claris majoribus pr lucere virtute possit.

In ipsa verò Arte dicendi Latinâve Eloquentia no non-nemo quantum valeant tum Tarinus, quem alius Græca, imò omnigena eruditio adeò commendat ; tum R mius, in quo cum Tulliana facundia certat Virgiliana m jestas Heroicorum poëmatum, Tibi, sat scio, pridem perspe cta. In linguis autem Exoticis, ac præter Hebræam, d qua est jam dictum, ignorat nemo esse Mon-morium D bosiúmque ejusmodi viros, qui, Simonideâ pollentes mem riâ, quicquid Græcarum est literarum restituere si perieri possint. Nemo Sionitam, qui inter primos nominand fuerat, ejusmodi esse, qui Arabas ipsos docere Arabismu possit.

Cogitanti, inquam, hæc mihi, quid esse putas anim EMINENTISSIME CARDINALIS, nisi quòd, Tibi d obsequor, & Regi Christianissimo, quam Te suasore censu mandavítque, operam præsto, spes est ut Deus ter Optim obedientiam magìs quàm sacrificium probet, ac ideo mi quod in me erit facienti non deneget gratiam?

Quod supereſt, cùm Regium sit quo deinceps defungo munus, finem dicendi non antè facio quàm εὐχαριστ persolvens Regi optimo maximo, apprecer ipsi omnimoda (quod totis sanè viribus plenísque votis facio) à Rege Re gum felicitatem. Et quàm sit quidem reliquo Imperii de cursu felix exstiturus augurari vel ex eo licet, quòd omn jam hocce triennio prosperè adeò successerint. Scilic cor Regis in manu est Dei ; neque abbreviata est man Domini, ut minùs deinceps de Sion tueatur ipsum, min consilium ejus confirmet, minùs de Sancto auxilium mi tat, minùs eventa omnia fortunet. Natus inter lilia, cre

inter lauros,& palmarum victricium proceritate obumbur : Ecqua proinde opima ſpolia relaturus olim non ubi ad Heroum pervenerit robur? Ecqua non domitu nonſtra, qui etiam in cunis, ut Hercules alter, facinora glorioſa patrârit?

nnon aliunde ſperemus ipſum iri Salomoni exæquatum ntiâ,quando nè exſpectato quidem(necdum ſuperato) o ſeptennio, ſed etiam per primum, quod nuper exitâ ſe præbuit compoſitum, ut neque privatim quicn egerit cujuſmodi infantes ſolent, neque publicè quicquod non virum ætate maturum maximè decuerit? n ſperemus ut veluti Salomonis temporibus,ſic in ejus s, juſtitia & abundantia pacis oriatur; quando inter deſideria creſcit, & à ſceptro uſque aſſumpto Augua ejus Parens ea agitavit de Pace conſilia, quæ futuſt propediem ut, faventibus Superis, bene ac felicitant?

non proinde ſpes magna ſit, ut quemadmodum Salo edificavit Templum in monte in quo victimæ Pacis entur, ſic ipſe, præter cætera pietatis ſuæ monumendelubrum hoc in hocce monte inſtauret ac perficiat, ornamenta Pacis excolantur? Ornamenta, inquam, bonæ Artes,ipsáque imprimis Matheſis,quæ Reges e ipſos tantopere decet, illóſque à quibus amatur, r & excolitur,ſuper æthera notos facit; ut ſunt exemt Principes, quorum nomina, tanquam ipſi cœlo in, cum cœlo perennant.

s certè eſt ingens ut futurus Princeps & domi & foris imus glorioſiſſimúſque, nomen quoque ſuum, ob dem artium amorem, perinde inſcribat; ac per ora as virûm, & magis magíſque in dies effloreſcens, aſſe, quod voveo,famam nominis ſempiternam.

DIXI.

Habita die ſuprad. An. 1645.

SIDEREUS NUNCIUS,

MAGNA LONGEQUE

Admirabilia Spectacula pandens, suspicie-
endaque proponens unicuique, præsertim vero

PHILOSOPHIS atque ASTRONOMIS, quæ à

GALILEO GALILEO, PATRITIO
FLORENTINO, PATAVINI
Gymnasii Publico Mathematico,
PERSPICILLI

ver à se reperti beneficio, sunt observata in LUNÆ FACIE, FIXIS INNUMERIS, LACTEO CIRCULO, STELLIS NEBULOSIS,

Apprime vero in

QUATUOR PLANETIS

a JOVIS Stellam disparibus intervallis atque Periodis
eritate mirabili circumvolutis; quos, nemini in hanc
usque diem cognitos, noviſſime Autor deprehendit primus, atque

MEDICEA SIDERA

Nuncupandos decrevit.

Typis mandatus 1682.

SERENISSIMO COSMO MEDICES II, MAGNO HETRURIÆ DUCI IV.

PRæclarum ſane atque humanitatis plenum eorum fuit inſtitutum, qui excellentium virute virorum res præclare geſtas invidia tutari, eorumque immortalitate digna nina ab oblivone atque interitu vindicare coti ſunt. Hinc ad memoriam poſteritatis proæ Imagines vel marmore inſculptæ, vel ex e fictæ: hinc poſitæ Statuæ tam pedeſtres am equeſtres: hinc Columnarum atque Pyradum, ut inquit ille, ſumptus ad Sidera ducti: ic denique urbes ædificatæ, eorumque inſignitæ minibus quos grata poſteritas æternitati comndandos exiſtinavit. Ejuſmodi eſt enim humæ mentis concitio, ut niſi aſſiduis rerum ſilacris in eam exrinſecus irrumpentibus pulſetur, mis ex illa recordatio facile effluat.

Verum alii firmiora ac diuturniora ſpectantes,

æternum summorum virorum præconium non saxis ac metallis, sed Musarum custodiæ & incorruptis literarum monumentis consecrarunt. At quid ego ista commemoro? quasi vero humana solertia his contenta regionibus, ulterius progredi non sit ausa: attamen longius illa prospiciens, cum optime intelligeret omnia humana monumenta vi, tempestate ac vetustate tandem interire, incorruptiora Signa excogitavit, in qua Tempus edax atque invidiosa Vetustas nullum sibi jus vendicaret. In Cœlum itaque migrans, clarissimorum Siderum notis, sempiternis illis Orbibus eorum nomina consignavit, qui ob egregia ac prope divina facinora digni habiti sunt qui una cum Astris ævo sempiterno fruerentur. Quam ob rem non prius Jovis, Martis, Mercurii, Herculis cæterorumque heroum, quorum nominibus Stellæ appellantur, fama obscurabitur, quam ipsorum Siderum splendor extinguatur. Hoc autem humanæ sagacitatis inventum cum primis nobile ac mirandum multorum jam seculorum intervallo exolevit, priscis heroibus lucidas illas sedes occupantibus, ac suo quasi jure tenentibus: in quorum cœtum frustra pietas Augusti Julium Cæsarem cooptare conata est; nam cum Stellam

suo

no tempore exortam, ex iis quas Græci Come-
as, nostri Crinitas vocant, Julium Sidus nuncu-
ari voluisset, brevi illa evanescens tantæ cupi-
itatis spem delusit. Atqui longe veriora ac fe-
ciora, Princeps Serenissime, Celsitudini tuæ
ssumus augurari: nam vixdum in terris im-
ortalia animi tui decora fulgere cœperunt, cum
Cœlis lucida Sidera sese offerunt, quæ tanquam
guæ præstantissimas virtutes tuas in omne
mpus loquantur ac celebrent. En igitur qua-
or Sidera tuo inclyto nomine reservata; neque
a de gregario ac minus insigni inerrantium
mero, sed ex illustri vagantium ordine, quæ
idem disparibus inter se motibus circum Jovis
ellam, cæterarum nobilissimam, tanquam ger-
ma ejus progenies, cursus suos orbésque confi-
nt celeritate mirabili interea dum unanimi
ncordia circa mundi centrum, circa Solem nem-
ipsum, omnia simul duodecimo quoque anno
agnas convolutiones absolvunt. Ut autem in-
to Celsitudinis tuæ nomini præ cæteris novos
sce Planetas destinarem, ipsemet Siderum Opi-
x perspicuis argumentis me admonere visus est.
tenim quemadmodum hæ Stellæ tanquam Jove
gna proles nunquam ab illius latere, nisi exiguo

intervallo, discedunt: ita quis ignorat clementiam, animi mansuetudinem, morum suavitatem, regii sanguinis splendorem, in actionibus majestatem, Autoritatis & Imperii in alios amplitudinem, quæ quidem omnia in tua Celsitudine sibi domicilium ac sedem collocarunt, quis, inquam, ignorat hæc omnia ex benignissimo Jovis Astro, secundum Deum omnium bonorum fontem, emanare? Jupiter, Jupiter, inquam, à primo Celsitudinis tuæ ortu turbidos Horizontis vapores jam transgressus, mediumque cœli cardinem occupans, Orientalemque angulum sua Regia illustrans, felicissimum partum ex sublimi illo throno prospexit, omnemque splendorem atque amplitudinem suam in purissimum aërem profudit, ut universam illam vim ac potestatem tenerum corpusculum, una cum animo nobilioribus ornamentis jam à Deo decorato, primo spiritu hauriret. Verum quid ego probabilibus utor argumentationibus, cum id necessaria propemodum ratione concludere ac demonstrare queam? Placuit Deo Optimo Maximo, ut à Serenissimis Parentibus tuis non indignus existimarer, qui Celsitudini tuæ in tradendis Mathematicis disciplinis operam navarem: quod quidem præstiti

quatuor

quatuor superioribus annis proxime elapsis, eo
nni tempore quo à severioribus studiis otium
sse consuevit. Quocirca cum mihi divinitus pla-
ne contigerit ut Celsitudini tuæ inservirem, atque
deo incredibilis Clementiæ ac Benignitatis tuæ ra-
ios propius exceperim, quid mirum si animus me-
s adeo incaluit, ut nihil aliud propemodum dies
octesque meditetur, quam ut ego, qui non solum
nimo, sed etiam ipso ortu ac natura sub tua do-
inatione sum, tuæ gloriæ cupidissimus & quam
ratissimus erga te esse cognoscar? Quæ cum ita
nt, cum te Auspice, COSME Serenissime,
as Stellas superioribus Astronomis omnibus in-
gnitas exploraverim, optimo jure eas Augustis-
mo Prosapiæ tuæ nomine insignire decrevi.
uod si illas primus indagavi, quis me jure re-
rehendat, si iisdem quoque nomen imposuero, ac
MEDICEA SIDERA appellaro? Sperans
re, ut tantum dignitatis ex hac appellatione iis
ideribus accedat, quantum alia cæteris Heroi-
us attulerunt. Nam ut taceam de Serenissimis
is Majoribus, quorum gloriam sempiternam
nnium historiarum monumenta testantur, sola
ta virtus, Maxime Heros, illis Astris impertiri
otest nominis immortalitatem. Cui enim dubium

esse potest, quin quam tui exspectationem felicissimis Imperii Auspiciis concitasti, quamvis summam, eam non solum sustineas ac tuearis, verum etiam longo intervallo superaturus sis? ut cum alios tui similes viceris, tecum nihilominus ipse certes, ac teipso ac magnitudine tua indies major evadas.

Suscipe itaque, Clementissime Princeps, hanc tibi ab Astris reservatam gentilitiam gloriam, & illis divinis bonis quæ non tam à Stellis, quam à Stellarum Opifice ac Moderatore Deo, tibi deferuntur, quam diutissime fruere.

Datum Patavii 4. Idus
Martii, M.DC. X.

Celsitudinis tuæ

Addictissimus Servus

Galileus Galileus

ASTRO-

ASTRONOMICUS NUNCIUS,

SERVATIONES RECENS HABITAS *Novi Perſpicilli beneficio in Lunæ facie, Lacteo circulo Stelliſque nebuloſis, innumeris Fixis, nec non in quatuor Planetis*

COSMICA SIDERA

cupatis, nunquam conſpectis adhuc, continens atque declarans.

MAgna equidem in hac exigua tractatione ſingulis de Natura ſpeculantibus inſpicienda contemplandaque propono. Magna, inquam, tum ob rei ipſius præſtantiam, tum ob inauditam per ævum novitatem, tum etiam propter anum cujus beneficio eadem ſenſui noſtro obviam ſeſe runt.

lagnum ſane eſt ſupra numeroſam Inerrantium Stella- multitudinem, quæ naturali facultate in hunc uſque n conſpici potuerunt, alias *innumeras* ſuperaddere ocu- te palam exponere, antehac conſpectas nunquam, & veteres ac notas pluſquam ſupra decuplam multiplici- n ſuperent.

ulcerrimum atque viſu jucundiſſimum eſt, Lunare cor- per ſex denas fere terreſtres diametros à nobis remo- tam ex propinquo intueri, ac ſi per duas tantum eaſdem dimen-

dimensiones distaret; adeo ut ejusdem Lunæ diameter vicibus quasi ter denis, superficies vero noningentis, solidum autem corpus vicibus proxime viginti septem millibus majus appareat, quam dum libera tantum acie spectatur; quo deinde sensata certitudine quispiam intelligat, *Lunæ superficie leni & perpolita nequaquam esse indutam, sed aspera & inæquali*, ac veluti ipsiusmet Telluris facies ingentibus tumoribus, profundis lacunis atque anfractibus undiquaque confertam exsistere.

Altercationis insuper de *Galaxia*, seu de *Lacteo circulo* substuliſſe, ejusque essentiam sensui, nedum intellectui, manifestasse, parvi momenti existimandum minime videtur, insuperque substantiam Stellarum quas *Nebulosas* hucusque Astronomorum quilibet appellavit, digito demonstrare, longeque aliam esse quam creditum hactenus est, jucundum erit atque perpulcrum.

Verum, quod omnem admirationem longe superat, quodve ad monitos faciendos cunctos Astronomos atque Philosophos nos apprime impulit, illud est, quod scilicet *Quatuor Erraticas Stellas* nemini eorum qui ante nos cognitas aut observatas adinvenimus, quæ circa Stellam quandam insignem è numero cognitarum, instar Veneris atque Mercurii circa Solem, suas habent periodos, eamque modo præeunt, modo subsequuntur, nunquam extra certos limites ab illa digredientes. Quæ omnia ope Perspicilli à me excogitati, divina prius illuminante gratia, paucis abhinc diebus reperta atque observata fuerunt.

Alia forte præstantiora vel à me, vel ab aliis, indies adhuc invenientur consimilis Organi beneficio, cujus formam & apparatum, necnon illius excogitandi occasionem, primo breviter commemorabo; deinde habitarum à me Observationum historiam recensebo.

MENSIBUS abhinc decem fere rumor ad aures nostras increbuit, fuisse à quodam Belga Perspicillum elaboratum, cujus beneficio objecta visibilia, licet ab oculo inspicientis longe dissita, uti propinqua distincte cernerentur

ur: ac hujus profecto admirabilis effectus nonnullæ ex-
entiæ circumferebantur, quibus fidem alii præbebant,
bant alii. Idem paucos post dies mihi per literas à
li Gallo *Jacobo Badovere* ex Lutetia confirmatum est:
d tandem in causa fuit, ut ad rationes inquirendas,
on media excogitanda, per quæ ad consimilis Organi
ntionem devenirem, me totum converterem; quam
o post doctrinæ de *Refractionibus* innixus assequutus
: ac tubum primo plumbeum mihi paravi, in cujus
emitatibus *vitrea* duo *Perspicilla* ambo ex altera parte
a, ex altera vero unum sphærice convexum, alterum
cavum, aptavi; oculum deinde ad cavum admovens
cta satis magna & propinqua intuitus sum, triplo e-
viciniora, noncuplo vero majora, apparebant quam
sola naturali acie spectarentur. Alium postmodum
tiorem mihi elaboravi, quæ objecta plusquam sexagi-
ajora repræsentabat. Tandem labori nullo nullisque
tibus parcens, eo à me deventum est, ut Organum mi-
nstruxerim adeo excellens, ut res per ipsum visæ mil-
re majores appareant, ac plusquam inter decupla ra-
viciniores, quam si naturali tantum facultate specten-
Hujus instrumenti quot quantaque sint commoda
in re terrestri quam in maritima, omnino supervaca-
foret enumerare. Sed missis terrenis, ad cœlestium
ulationes me contuli: ac Lunam prius tam ex propin-
um intuitus, ac si vix per duas Telluris diametros ab-
Post hanc Stellas tum fixas tum vagas incredibili a-
jucunditate sæpius observavi: cumque harum maxi-
frequentiam viderem, de ratione qua illarum inter-
dimetiri possem excogitare cœpi, ac demum reperi.
de re singulos præmonitos esse decet qui ad hujus-
odi observationes accedere volunt. Primo enim necessa-
est ut sibi *Perspicillum* parent *exactissimum*, quod ob-
pellucida, distincta & nulla caligine obducta re-
entet, eademque ad minus secundum quater centuplam
nem multiplicet; tunc enim illa bis decuplo viciniora
onstrabit: nisi enim tale fuerit Instrumentum, ea omnia

quæ

quæ à nobis conſpecta ſunt in cœl
quævè infra enumerabuntur, intue
tentabitur fruſtra. Ut autem de mu
tiplicatione inſtrumenti quilibet pa
vo negotio certior reddatur, circulo
binos, aut quadrata bina chartæ
contornabit, quorum alterum quate
centies altero majus exſiſtat; id auter
erit tunc cum majoris diameter a
diametrum alterius longitudine fuer
vigecupla: deinde ſuperficies amb
in eodē pariete infixas ſimul à longa
ſpectabit, minorem quidem altero o
culo ad Perſpicillum admoto, ma
jorem vero altero oculo libero; com
mode enim id fieri licet uno eodem
tempore oculis ambobus adapertis
tunc enim figuræ ambæ ejuſdē app
rebunt magnitudinis, ſi Organum
cundum optatā proportionē objec
multiplicaverit. Conſimili parato I
ſtrumento de ratione diſtantiarū
metiendarum inquirendū erit; quo
tali artificio aſſequemur. Sit enim, f
cilioris intelligentiæ gratia, *Tub*
A.B.C.D. Oculus inſpicientis eſto
Radii, dum nulla in Tubo adeſſe
Perſpicilla, ad objectum F.G. ſecu
dum lineas rectas E. C. F. E. D. G
ferrentur; ſed appoſitis Perſpicil
ferantur ſecundum lineas refract
E.C.H.E.D.I. coarctantur enim,
qui prius liberi ad F. G. Objectu
dirigebantur, partem tantummod
H.I. comprehendent. Accepta dein
ratione diſtantiæ E.H. ad lineam H
per tabulam ſinuum, reperietur quan
cri

anguli in oculo ex objecto H. I. constituti, quem minu-
uædam tantum continere comperiemus. Quod si
illo C. D. bracteas alias majoribus, alias vero mino-
perforatas foraminibus aptaverimus, modo hanc, mo-
am, prout opus fuerit, superimponentes, angulos alios
alios pluribus paucioribusque minutis subtendentes
bito constituemus, quorum ope Stellarum intercapedi-
er aliquot minuta adinvicem dissitarum, citra unius
terius minuti peccatum, commode dimetiri poterimus.
tamen sic leviter tetigisse & quasi primoribus libasse
inpræsentiarum sit satis; per aliam enim occasionem
tam hujus Organi theoriam in medium proferemus.
nc observationes à nobis duobus proxime elapsis
bus habitas recensemus, ad magnarum profecto
mplationum exordia omnes veræ Philosophiæ cupidos
cantes.

facie autem Lunæ quæ ad aspectum nostrum vergit
loco dicamus; quam facilioris intelligentiæ gratia in
artes distinguo, alteram nempe *clariorem*, *obscuriorem*
m. Clarior videtur totum hemisphærium ambire at-
rfundere: obscurior vero veluti nubes quædam faciem
inficit, maculosamque reddit. Istæ autem maculæ
scuræ & satis amplæ unicuique sunt obviæ, illasque
omne conspexit: quapropter *magnas* seu *antiquas*
ppellabimus, ad differentiam aliarum macularum am-
ine minorum, at frequentia ita consitarum ut totam
em superficiem, præsertim vero lucidiorem partem,
ergant: hæ vero à nemine ante nos observatæ fuerunt:
arum autem sæpius iteratis inspectionibus in eam de-
sumus sententiam, ut certo intelligamus, Lunæ su-
em non perpolitam, æquabilem, exactissimæque sphæ-
is exsistere, ut magna Philosophorum cohors de ipsa
reliquis corporibus cœlestibus opinata est, sed contra
alem, asperam, cavitatibus tumoribusque confertam,
cus ac ipsiusmet Telluris facies, quæ montium jugis
mque profunditatibus hinc inde distinguitur. Ap-
tiæ vero ex quibus hæc colligere licuit ejusmodi sunt:

quarta

quarta aut quinta post conjunctionem die, cum splendi
Luna sese nobis cornibus offert, jam terminus partem
scuram à luminosa dividens, non æquabiliter secundum
valem lineam extenditur, veluti in solido perfecte sphæ
accideret, sed inæquabili, aspera & admodum sinuosa li
designatur, veluti apposita figura repræsentat. Complu
enim veluti excrescentiæ lucidæ ultra lucis tenebrarum
confinia in partem obscuram extenduntur, & contra te
bricosæ particulæ lumen ingrediuntur. Quinimo & m
gna nigricantium macularum exiguarum copia, omnino
tenebrosa parte separatarum, totam fere plagam jam So
lumine perfusam undiquaque conspergit, illa saltem exc
pta parte quæ magnis & antiquis maculis est affecta. A
notavimus autem, modo dictas exiguas maculas in h
semper & omnes convenire, ut partem habeant nigricante
locum Solis respicientem, ex adverso autem Solis lucidio
bus terminis quasi candentibus jugis coronentur. At cor
milem penitus aspectum habemus in Terra circa Solis e
ortum, dum valles nondum lumine perfusas, montes ve
illas ex adverso Solis circundantes jamjam splendore f
gentes intuemur; ac veluti terrestrium cavitatum umbi
Sole sublimiora petente imminuuntur, ita & Lunares ill
maculæ crescente parte luminosa tenebras amittunt.

erum non modo tenebrarum & luminis confinia in Lu-
æqualia ac sinuosa cernuntur, sed, quod majorem
t admirationem, permultæ apparent lucidæ cuspides
tenebrosam Lunæ partem omnino ab illuminata plaga
æ & avulsæ, ab eaque non per exiguam intercapedi-
dissitæ, quæ paulatim aliqua interjecta mora magni-
e & lumine augentur ; post vero secundam horam aut
am, reliquæ parti lucidæ & ampliori jam factæ jungun-
interim tamen aliæ atque aliæ hinc inde quasi pullu-
s intra tenebrosam partem accenduntur, augentur, ac
um eidem luminosæ superficiei magis adhuc extensæ
lantur. Hujus exemplum eadem figura nobis exhi-
At nonne in terris ante Solis exortum, umbra adhuc
ities occupante, altissimorum cacumina montium Sola-
s radiis illustrantur ? nonne exiguo interjecto tempore

ampliatur

ampliatur lumen, dum mediæ & largiores eorundem mo
tium partes illuminantur; ac tandem orto jam Sole pl
nitierum & collium illuminationes junguntur? Hujus
modi autem eminentiarum & cavitatum discrimina
Luna longe lateque terrestrem asperitatem superare vide
tur, ut infra demonstrabimus. Interim silentio minim
involvam quid animadversione dignum à me observatum
dum Luna ad primam quadraturam properaret, cujus etia
imaginem eadem supra posita delineatio præ se fert: i
gens enim sinus tenebrosus in partem luminosam subit, ve
ius inferius cornu locatus; quem quidem sinum cum di
tius observassem, totumque obscurum vidissem, tande
post duas fere horas paulo infra medium cavitatis verte
quidam luminosus exsurgere cœpit, hic vero paulatim cre
scens trigonam figuram præ se ferebat, eratque omnino ad
huc à luminosa facie revulsus ac separatus: mox circa
lum tres aliæ cuspides exiguæ lucere cœperunt; done
Luna jam occasum versus tendente, trigona illa figura e
tensa & amplior jam facta cum reliqua luminosa par
nectebatur, ac instar ingentis promontorii, à tribus ja
commemoratis lucidis verticibus adhuc obsessa, in tenebr
sum sinum erumpebat. In extremis quoque cornibus, ta
superiori quam inferiori, splendida quædam puncta
omnino à reliquo lumine disjuncta emergebant; veluti
eadem figura depictum cernitur. Eratque magna obsc
rarum macularum vis in utroque cornu, maxime autem
inferiori; quarum majores & obscuriores apparent, qu
termino lucis & tenebrarum viciniores sunt; remotiore
vero obscuræ minus ac magis dilutæ. Semper tamen,
supra quoque meminimus, nigricans ipsius maculæ pars
radiationis Solaris locum respicit; splendidior vero limb
nigricantem maculam in parte Soli aversa & Lunæ tene
brosam plagam respiciente circundat. Hæc Lunaris supe
ficies, quæ maculis instar Pavonis cauda cæruleis oculis d
stinguitur, vitreis illis vasculis redditur consimilis quæ a
huc calentia in frigidam immissa pertractam undosámqu
superficiem acquirunt, ex quo à vulgo *Glaciales Cyan*
nunc

ncupantur. Verum magnæ ejuſdem Lunæ maculæ con-
nili modo interruptæ, atque lacunis & eminentiis con-
rtæ minime cernuntur, ſed magis æquabiles & unifor-
es; ſolummodo enim clarioribus nonnullis areolis hac il-
ſcatent: adeo ut ſi quis veterem Pythagoreorum ſen-
tiam exſuſcitare velit, *Lunam ſcilicet eſſe quaſi Tellu-*
n alteram, ejus pars lucidior terrenam ſuperficiem, ob-
rior vero aqueam magis congrue repræſentet: mihi au-
n dubium fuit nunquam, *Terreſtris globi à longe conſpe-*
atque à radiis Solaribus perfuſi, terream ſuperficiem
riorem, obſcüriorem vero aqueam ſeſe in conſpectum da-
am. Depreſſiores inſuper in Luna cernuntur magnæ
culæ quam clariores plagæ: in illa enim tam creſcente
m decreſcente ſemper in lucis tenebrarumque confinio,
minente hinc inde circa ipſas magnas maculas conter-
ii lucidioris, veluti in deſcribendis figuris obſervavimus,
ue depreſſiores tantummodo ſunt dictarum macularum
nini, ſed æquabiliores, nec rugis aut aſperitatibus inter-
i. Lucidior verò pars maxime prope maculas eminet,
o ut & ante quadraturam primam & in ipſa ferme ſe-
da circa maculam quandam ſuperiorem, borealem nem-
Lunæ plagam occupantem, valde attollantur tam ſu-
illam quam infra ingentes quædam eminentiæ, veluti
oſitæ præ ſe ferunt delineationes.





Hæc eadem macula ante ſecundam quadraturam nigrio-
bus quibuſdam terminis circumvallata conſpicitur, qui
nquam altiſſima montium juga ex parte Soli averſa ob-
uriores apparent, qua vero Solem reſpiciunt, lucidiores
ſtant; cujus oppoſitum in cavitatibus accidit, quarum
rs Soli averſa ſplendens apparet, obſcura vero ac umbro-
quæ ex parte Solis ſita eſt. Imminuta deinde lumino-
luperficie, cum primum tota ferme dicta macula tenebris
obducta, clariora montium dorſa eminenter tenebras
ndunt. Hanc duplicem apparentiam ſequentes figuræ
mmonſtrant.





Unum quoque oblivioni minime tradam, quod nonnisi aliqua cum admiratione adnotavi; *medium quasi Lunæ locum à cavitate quadam occupatum esse reliquis omnibus majori, ac figura perfectæ rotunditatis:* hanc prope quadraturas ambas conspexi, eandemque in secundis supra positis figuris quantum licuit imitatus sum. Eundem quoad obumbrationem & illuminationem facit adspectum, ac faceret in terris regio consimilis Boemiæ, si montibus altissimis inque peripheriam perfecti circuli dispositis occluderetur undique: in Luna enim adeo elatis jugis vallatur, ut extrema hora tenebrosæ Lunæ parti contermina Solis Lumine perfusa spectetur, priusquam lucis umbræque terminus ad mediam ipsius figuræ diametrum pertingat. De more autem reliquarum macularum, umbrosa illius pars Solem respicit, luminosa vero versus tenebras Lunæ constituitur; quod

quod tertio libenter obſervandum admoneo, tanquam firmiſſimum argumentum *aſperitatum inæqualitatumque per totam Lunæ clariorem plagam diſperſarum:* quarum quidem macularum ſemper nigriores ſunt illæ quæ confinio luminis & tenebrarum conterminæ ſunt; remotiores vero cum minores tum obſcuræ minus apparent, ita ut tandem cum Luna in oppoſitione totum impleverit orbem, modico admodumque tenui diſcrimine cavitatum opacitas ab eminentiarum candore diſcrepet.

Hæc quæ recenſuimus in clarioribus Lunæ regionibus obſervantur; verum in magnis maculis talis non conſpicitur lacunarum eminentiarumque differentia, qualem neceſſario conſtituere cogimur in parte lucidiori, ob mutationem figurarum ex alia atque alia illuminatione radiorum Solis, prout multiplici poſitu Lunam reſpicit. At in magnis maculis exſtant quidem areolæ nonnullæ ſubobſcuriores, veluti in fig. 1 adnotavimus; attamen iſtæ eundem ſemper faciunt aſpectum, neque intenditur earum opacitas aut remittitur, niſi exiguo admodum diſcrimine paululum obſcuriores modo apparent, modo vero clariores, ſi magis aut minus obliqui in eas radii Solares incidant: junguntur præterea in proximis macularum partibus leni quadam copula, infinita miſcentes ac confundentes. Secus vero in maculis accidit ſplendidiorem Lunæ ſuperficiem occupantibus; abruptæ enim abruptæ rupes aſperis & angulatis ſcopulis conſitæ, umbrarum luminumque rudibus diſcriminibus ad limitem diſterminantur. Spectantur inſuper intra eaſdem maculas areolæ quædam aliæ clariores, imo nonnullæ candidiſſimæ: verum & harū & obſcuriorum idem ſemper eſt aſpectus, nulla aut figurarum aut lucis aut opacitatis mutatio, adeo ut compertum indubitatúmque ſit, apparere illas ob ſolam partium diſſimilaritatem, non autem ob inæqualitatem tantum in figuris earundem partium umbras ex variis Solis illuminationibus diverſimode moventibus; quod bene contingit de maculis aliis minoribus clariorem Lunæ partem occupantibus; indies n. permutantur, augentur, imminuuntur, abolentur, quippe quæ ab umbris tantum eminentiarum ortum ducunt.

Verum magna hic dubitatione complures affici sentio, adeoque gravi difficultate occupari, ut jam explicatam & tot apparentiis confirmatam concluſionem in dubium revocare cogantur. *Si enim pars illa Lunaris ſuperficiei quæ ſplendidius Solares radios retorquet, anfractibus, tumoribus ſc. & lacunis innumeris eſt repleta, cur in creſcenti Luna extrema circumferentia quæ occaſum verſus ſpectat, in decreſcenti vero altera ſemicircumferentia orientalis, ac in plenilunio tota peripheria non inæquabilis, aſpera & ſinuoſa, verum exacte rotunda & circinata, nulliſque tumoribus aut cavitatibus corroſa conſpicitur? atque ex eo maxime, quia totus integer limbus ex clariori Lunæ ſubſtantia conſtat, quam tuberoſam lacunoſamque totam eſſe diximus; magnarum enim macularum nulla ad extremum uſque perimetrum exporrigitur, ſed omnes procul ab orbita aggregatæ cernuntur.* Hujus apparentiæ, anſam tam graviter dubitandi præbentis, duplicem cauſam, ac proinde duplicem dubitationis ſolutionem, in medium affero. Primo enim, *Si tumores & cavitates in corpore Lunari ſecundum unicam tantum circuli peripheriam, hemiſphærium nobis conſpicuum terminantem, protenderentur, tunc poſſet quidem, imo deberet, Luna ſub ſpecie quaſi dentatæ rotæ ſeſe nobis oſtendere, tuberoſo nempe ac ſinuoſo ambitu terminata: at ſi non una tantum eminentiarum ſeries, juxta unicam ſolummodo circumferentiam diſpoſitarum, ſed permulti montium ordines cum ſuis lacunis & anfractibus circa extremum Lunæ ambitum coordinati fuerint, ita non modo in hemiſphærio apparente, ſed in averſo etiam (prope tamen hemiſphæriorum finitorem) tunc oculus à longe proſpiciens eminentiarum cavitatumque diſcrimina deprehendere minime poterit; intercapedines enim montium in eodem circulo ſeu in eadem ſerie diſpoſitorum, objectu aliarum eminentiarum in aliis atque aliis ordinibus conſtitutarum, occultantur, idque maxime, ſi oculus aſpicientis in eadem recta cum dictarum eminentiarum verticibus fuerit locatus. Sic in terra multorum ac frequentium montium juga ſecundum planam ſuperficiem diſpoſi-*

ta

a apparent, si prospiciens procul fuerit, & in pari altiti-
line constitutus. Sic æstuosi pelagi sublimes undarum ver-
ices secundum idem planum videntur extensi, quamvis in-
er fluctus maxima voraginum & lacunarum sit frequen-
ia, adeoque profundarum, ut sublimium navigiorum non
odo carinæ, verum etiam puppes, mali, ac vela inter
las abscondantur. Quia igitur in ipsa Luna & circa
ius perimetrum multiplex est eminentiarum & cavita-
um coordinatio, & oculus è longinquo spectans in eodem
re plano cum verticibus
larum locatur, nemini
irum esse debet, quod
adio visorio illos abra-
enti, secundum æquabi-
m lineam minimeque
fractuosam sese offe-
int. Huic rationi alte-
subnecti potest, quod
mpe circa Lunare cor-
is est, veluti circa Ter-
m, orbis quidam densi-
is substantiæ reliquo æ-
ere, qui Solis irradiatio-
em concipere atque re-
ectere valet, quamvis
nta non sit opacitate
æditus ut visui (*præser-*
m dum illuminatus non
terit) transitum inhibe-
valeat. Orbis iste à
diis Solaribus illumina-
s, Lunare corpus sub
ajoris sphæræ speciem
eddit repræsentatque, es-
tque potis aciem nostram
rminare, quo minus ad
unæ soliditatem pertin-



 geret,

geret, si crassities ejus foret profundior: atque profundior quidem est circa Lunæ peripheriam; profundior, inquam, non absolute, sed ad radios nostros oblique illum secantes relatus; ac proinde visum nostrum inhibere potest, ac præsertim luminosus exsistens, Lunæque peripheriam Soli expositam obtegere. Quod clarius in appositа figura intelligitur, in qua Lunare corpus A. B. C. ab orbe vaporoso circundatur D. E. G. Oculus vero ex F. ad partes intermedias Lunæ, ut ad A, pertingit per vapores D. A. minus profundos; at versus extremam horam, profundiorum copia vaporum E. B. adspectum nostrum suo termino præcludit. Signum hujus est, quod *pars Lunæ lumine perfusa amplioris circumferentiæ apparet quam reliquum orbis tenebrosi.* Atque hanc eandem causam quispiam forte rationabilem existimabit, cur *majores Lunæ maculæ nulla ex parte ad extremum usque ambitum protendi conspiciantur, cum tamen opinabile sit nonnullas etiam circa illum reperiri; inconspicuas tamen esse credibile videtur ex eo, quod sub profundiori ac lucidiori vaporum copia abscondantur.*

Esse igitur clariorem Lunæ superficiem tumoribus atque lacunis undiquaque conspersam, ex jam explicatis apparitionibus satis apertum esse reor: superest ut de illorum magnitudinibus dicamus, demonstrantes terrestres asperitates lunaribus esse longe minores: minores, inquam, etiam absolute loquendo, non autem in ratione tantum ad suorum globorum magnitudines: idque sic manifeste declaratur. Cum sæpius à me observatum sit in aliis atque aliis Lunæ ad Solem constitutionibus, vertices nonnullos intra tenebrosam Lunæ partem, licet à termino lucis satis remotos, lumine perfusos apparere; conferens eorum distantiam ad integram Lunæ diametrum, cognovi *interstitium hoc vigesimam interdum diametri partem superare.* Quo sumpto, intelligatur Lunaris globus, cujus maximus circulus C. A. F. centrum vero E. Dimetiens C. F. qui ad terræ diametrum est ut duo ad septem; cumque terrestris diameter secundum exactiores observationes, milliaria Italica 7000. contineat,

t, erit C. F. 2000. C. E. vero 1000. pars autem vigesi-
totius C. F. milliaria 100. Sit modo C. F. Dimetiens
uli maximi luminosam Lunæ partem ab obscura divi-



s (*ob maximam enim elongationem Solis à Luna hic*
lus à maximo sensibiliter non differt) ac secundum
imam illius partem distet A. à puncto C. & protra-
semidiameter E. A. qui extensus occurrat cum con-
nte G. C. D. (quæ *radium illuminantem repræsentat*)
ncto D. erit igitur arcus C. A. seu recta C. D. 100.
um C. E. est 1000. & aggregatum quadratorum
. C. E. 1010000. cui quadratum D. E. æquale est:
igitur E. D. erit plusquam 1004. & A. D. plusquam
4. qualium

4. qualium C.E. fuit 1000. Sublimitas igitur A.D. in Luna, quæ verticem quempiam ad usque Solis radium G.C. elatum, & à termino C. per distantiam C.D. remotum, designat, eminentior est milliaribus Italicis 4. verum in Tellure nulli exstant montes qui vix ad unius milliarii altitudinem perpendicularem accedant: manifestum igitur relinquitur, *Lunares eminentias terrestribus esse sublimiores.*

Lubet hoc loco alterius cujusdam Lunaris apparitionis admiratione dignæ causam assignare, quæ licet à nobis non recens, sed multis abhinc annis observata sit, nonnullis familiaribus amicis & discipulis ostensa, explicata, atque per causam declarata; quia tamen ejus observatio Penicilli ope facilior redditur atque evidentior, non incongruum hoc in loco reponendam esse duxi; idque etiam tum maxime, ut cognatio atque similitudo inter Lunam atque Telurem clarius appareat.

Dum Luna tum ante tum etiam post conjunctionem non procul à Sole reperitur, non modo ipsius globus ex parte qua lucentibus cornibus exornatur visui nostro spectandum sese offert, verum etiam tenuis quædam sublucens peripheria, tenebrosæ partis, Soli nempe aversæ, orbitam designare videtur. Verum si exactiori inspectione rem consideremus, videbimus non tantum extremum tenebrosæ partis limbum incerta quadam claritate lucentem, sed integram Lunæ faciem, illam nempe quæ Solis fulgorem nondum sentit, lumine quodam, nec exiguo, albicare: apparet tamen primo intuitu subtilis tantummodo circumferentia lucens, propter obscuriores cœli partes sibi conterminas; reliqua vero superficies obscurior è contra videtur, ob fulgentiam continuum aciem nostram obtenebrantium contactum. Verum si quis talem sibi eligat situm, ut à tecto, vel camino, aliquo alio obice inter visum & Lunam (sed procul ab oculo posito) cornua ipsa lucentia occultentur, pars vero reliqua Lunaris globi aspectui nostro expositi relinquatur, tunc luce non exigua hanc quoque Lunæ plagam, licet Solari lumine destitutam, splendere deprehendet, idque potis-

mum

m, si jam nocturnus horror ob Solis absentiam increverit;
ampo enim obscuriori eadem lux clarior apparet. Com-
tum insuper est, hanc secundam (ut ita dicam) Lunæ
itatem majorem esse, quo ipsa minus à Sole distiterit;
elongationem n. ab eo remittitur magis magisque, adeo
ost primam quadraturam & ante secundam debilis &
odum incerta comperiatur, licet in obscuriori cœlo spe-
ur; cum tamen in sextili & minori elongatione, quamvis
r crepusçula, mirum in modum fulgeat: fulgeat, inquam,
ut ope exacti Perspicilli magnæ maculæ in ipsa distin-
tur. Hic mirabilis fulgor non modicam philosophan-
s intulit admirationem; pro cujus causâ asserenda alii
in medium protulerunt. Quidam enim, *proprium esse ac*
ralem ipsiusmet Lunæ splendorem, dixerunt; alii à
re illi esse impertitum, alii à *Stellis omnibus*, alii à
qui radiis suis profundam Lunæ soliditatem permeet.
um hujuscemodi prolata exiguo labore coarguuntur, ac
atis evincuntur. Si enim aut proprium esset, aut à
is collatum ejusmodi lumen, illud maxime in Eclipsibus
eret, ostenderetque cum in obscurissimo cœlo destitua-
quod tamen adversatur experientiæ; fulgor enim qui
eliquiis apparet in Luna longe minor est, subrufus ac
æneus, hic vero clarior & candidior; est insuper ille
bilis ac loco mobilis, vagatur enim per Lunæ faciem, a-
ut pars illa quæ peripheriæ circuli umbræ terrestris
inquior est, clarior, reliqua vero obscurior semper spe-
r: ex quo omni procul dubio id accidere intelligimus
adiorum Solarium vicinitate, tangentium crassiorem
dam regionem quæ Lunam orbiculariter ambit; ex
contactu Aurora quædam in vicinas Lunæ plagas effun-
, non secus ac in terris tum mane tum vesperi crepu-
num spargitur lumen: qua de re fusius in libro de *Sy-*
ate mundi pertractabimus. Asserere autem, à Venere
ertitam ejusmodi lucem, puerile adeo est ut responsione
dignum; quis enim adeo inscius erit, ut non intelligat
a convictionem, & intra sextilem adspectum, partem
æ Soli aversam ut à Venere spectetur omnino esse

im-

impossibile? Esse autem ex Sole, qui suo lumine profu
dam Lunæ soliditatem penetret atque perfundat, parti
est inopinabile; nunquam enim imminueretur, cum semp
hemisphærium Lunæ à Sole sit illustratum, tempore Luna
um Eclipsium excepto: diminuitur tamen dum Luna
quadraturam properat, & omnino etiam hebetatur du
quadratum superaverit. Cum itaque ejusmodi secunda
us fulgor nec Lunæ sit congenitus atque proprius, nec
Stellis ullis nec a Sole mutuatus, cumque jam in Mundi v
stitate corpus aliud superst nullum nisi sola Tellus; qu
quæso opinandum? quid proferendum? numquid à Ter
ipsum Lunare corpus, aut quidpiam aliud opacum atqu
tenebrosum lumine perfundi? Quid mirum? maxime
æqua grataque permutatione rependit Tellus parem illum
nationem ipsi Lunæ, qualem & ipsa à Luna in profundio
bus noctis tenebris toto fere tempore recipit. Rem clarius
periamus. Luna in conjunctionibus cum medium inter S
lem & Terram obtinet locum, Solaribus radiis in superio
suo hemisphærio terræ aversо perfunditur; hemisphæriu
vero inferius, quo terram adspicit, tenebris est obductũ; n
latenus igitur terrestrem superficiem illustrat. Luna paul
tim à Sole digressa jamjam aliqua ex parte in hemisphær
inferiori ad nos vergente illuminatur, albicantia corpu
subtilia tamen, ad nos convertit, & leviter Terram illustrat
crescit in Luna jam ad quadraturam accedente Solaris ill
minatio; augetur in terris ejus luminis reflexio: extendit
adhuc supra semicirculum splendor in Luna; & nostræ cl
riores effulgent noctes: tandem integer Lunæ vultus quo te
ram aspicit ab opposito Sole clarissimis fulgoribus irradi
tur; enitet longe lateque terrestris superficies Lunari splen
dore perfusa: postmodum decrescens Luna debiliores a
nos radios emittit; debilius illuminatur terra: Luna ad co
junctionem properat; atra nox Terram occupat. Tali it
que periodo alternis vicibus Lunaris fulgor menstruas ill
minationes clariores modo, debiliores aliàs, nobis largitur
verum æqua lance beneficium à tellure compensatur. Dum
enim Luna sub Sole circa conjunctiones reperitur, superi
cies

m terrestris hemisphærii Soli expositi vividisque radiis il-
rati integram respicit, reflexumque ab ipsa lumen con-
it: ac proinde ex tali reflexione inferius hemisphærium
næ, licet Solari lumine destitutum, non modice lucens
paret. Eadem Luna per quadrantem à Sole remota, di-
lium tantum terrestris hemisphærii illuminatum con-
it, sc. occiduum; altera n. medietas orientalis nocte ob-
ebratur: ergo & ipsa Luna splendide minus à Terra illu-
tur, ejusve proinde lux illa secundaria exilior nobis ap-
et. Quod si Lunam in oppositione ad Solem constitu-
pectabit ipsa hemisphærium intermediæ Telluris om-
tenebrosum obscuraque nocte perfusum: si igitur ec-
ca fuerit talis oppositio, nullam prorsus illuminationem
piet Luna, Solari simul ac terrestri irradiatione destitu-
In aliis atque aliis ad Terram & ad Solem habitudi-
is majus minusve à terrestri reflexione recipit lumen,
it majorem aut minorem terrestris hemisphærii illumi-
partem spectaverit; is enim inter duos hosce Globos
atur tenor, ut quibus temporibus maxime à Luna illu-
ur Tellus, iisdem minus vice versa à Terra illuminetur
a, & è contra. Atque hæc pauca de hac re in præsenti
dicta sufficiant, fusius enim in nostro *Systemate Mun-*
ubi complurimis & rationibus & experimentis vali-
ma Solaris luminis è Terra reflexio ostenditur illis qui
à Stellarum chorea arcendam esse jactitant, ex eo po-
num, quod *à motu & à lumine sit vacua:* vagam n.
ac Lunam splendore superantem, non autem sordi-
mundanarumque fæcum sentinam esse, demonstrabi-
, & naturalibus quoque rationibus sexcentis confirma-
us.

Diximus hucusque de *Observationibus circa Lunare*
us habitis; nunc de *Stellis fixis* ea quæ hactenus à
is inspecta fuerunt breviter in medium adferamus. Ac
o illud animadversione dignum est, quod sc. *Stellæ tam*
quam errabundæ, dum adhibito Perspicillo spectantur,
aquam magnitudine augeri videntur juxta proportio-
eandem secundum quam objecta reliqua, & ipsamet

quoque

discrimina, veluti in Orione, servavimus.

Cinguli, & Ensis ORIONIS Asterismus.

Quod tertio loco à nobis fuit observatum, est ipsius *LACTEI Circuli* essentia seu materies, quam Perspicilli beneficio adeo ad sensum licet intueri, ut & altercationes omnes quæ per tot secula Philosophos excruciarunt ab oculata certitudine dirimantur, nosque à verbosis disputationibus liberemur. Est enim GALAXIA nihil aliud *quam innumerarum Stellarum coacervatim consitarum congeries*: in quamcunque enim regionem illius Perspicillum dirigas, statim Stellarum ingens frequentia sese conspectum profert, quarum complures satis magnæ ac vivide conspicuæ videntur, sed exiguarum multitudo profusa inexplorabilis est.

At cum non tantum in GALAXIA lacteus ille candor veluti albicantis nubis spectetur, sed complures consimili coloris areolæ sparsim per æthera subfulgeant, si in illarum quamlibet Specillum convertas, Stellarum constipatarum cœtum offendes. Amplius (quod magis miraberis) Stellæ ab Astronomis singulis in hanc usque diem *NEBULOSÆ* appellatæ, Stellularum mirum in modum consitarum congeries sunt, ex quarum radiorum commixtione, dum unaquæque ob exilitatem seu maximam à nobis remotionem oculorum aciem fugit, candor ille consurgit qui densior pars cœli, Stellarum aut Solis radios retorquere valens, hucusque creditus est. Nos ex illis nonnullas observavimus, & duarum Asterismos subnectere voluimus.

In primo habes *NEBULOSAM Capitis Orionis* appellatam, in qua Stellas viginti unas numeravimus.

Secundus *NEBULOSAM PRÆSEPI* nuncupatam continet, quæ non una tantum Stella est, sed congeries Stellularum plurium quam quadraginta: nos præter Asellos 36 notavimus in hunc, qui sequitur, ordine dispositas.

De Luna, de inerrantibus Stellis ac de Galaxia quæ hactenus observata sunt, breviter enarravimus. Superest

1. CONSTELLATIO PLEIADUM.



Inferenda pag. 32. *Nuncii Sidera.*

2. Constellatio Cinguli & ensis Orionis.



3.





4.

t, quod maximum in præsenti negotio existimandum vi-
etur, quatuor PLANETAS, à primo mundi exordio ad
ostra usque tempora nunquam conspectos, occasionem re-
eriendi atque observandi, necnon ipsorum loca, atque
er duos proxime menses observationes circa eorundem la-
ones ac mutationes habitas, aperiamus ac promulge-
us; astronomos omnes convocantes, ut ad illorum perio-
os inquirendas atque definiendas se conferant, quod no-
s in hanc usque diem ob temporis angustiam assequi mini-
e licuit. Illos tamen iterum monitos facimus, ne ad ta-
m inspectionem incassum accedant, Perspicillo exactis-
no opus esse, & quale in principio sermonis hujus descri-
imus.

Die itaque 7. Januarii instantis anni 1610. hora sequen-
noctis prima, cum cœlestia sidera per Perspicillum spe-
arem, Jupiter sese obviam fecit; cumque admodum ex-
llens mihi paratum instrumentum, (*quod antea ob alte-
us Organi debilitatem minime contigerat*) tres illi ad-
ire stellulas, exiguas quidem, veruntamen clarissimas, cog-
vi; quæ licet è numero inerrantium à me crederentur,
nnullam tamen intulerunt admirationem, eo quod secun-
m exactam lineam rectam atque Eclipticæ parallelam
positæ videbantur, ac cæteris magnitudine paribus splen-
diores: eratque illarum inter se & ad Jovem talis con-
tutio.

Ori. * * * Occ.

parte scilicet Orientali duæ aderant Stellæ, una vero Oc-
ium versus. Orientalior atque Occidentalis reliqua pau-
majores apparebant. De distantia inter ipsas & Jovem
nime solicitus fui; fixæ enim uti diximus primo creditæ
erunt: cum autem die 8. nescio quo fato ductus, ad in-
ctionem eandem reversus essem, longe aliam constitu-
nem reperi; erant enim tres Stellulæ occidentales omnes
ove, atque inter se quam superiore nocte viciniores, pari-
sque interstitiis mutuo disseparatæ, veluti appositæ præ se
t delineatio. Hic licet ad mutuam Stellarum appro-

pinquationem minime cogitationem appuliſſem, excitareta

Ori. * * * Occ.

men cœpit, quonam pacto Jupiter ab omnibus prædicti fixis poſſet orientalior reperiri, cum à binis ex illis pridie oc cidentalis fuiſſet: ac proinde veritus ſum ne forte ſecus à com puto Aſtronomico directus foret, ac propterea motu propri ſtellas illas antevertiſſet: quapropter maximo cum defide rio ſequentem exſpectavi noctem; verum à ſpe fruſtratu fui, nubibus enim undiquaque obductum fuit cœlum.

At die 10. apparuerunt Stellæ in ejuſmodi ad Jover poſitu: duæ enim tantum, & orientales ambæ aderant, 3ª,

Ori. * * Occ.

ut opinatus fui, ſub Jove latitante. Erant pariter veluti ar tea in eadem recta cum Jove, ac juxta Zodiaci longitudine adamuſſim locatæ. Hæc cum vidiſſem, cumque mutatione conſimiles in Jove nulla ratione reponi poſſe intelligerem atque inſuper ſpectatas Stellas ſemper eaſdem fuiſſe co noſcerem (*nullæ enim aliæ, aut præcedentes aut conſequente intra magnum intervallum juxta longitudinem Zodia aderant*) jam ambiguitatem in admirationem permutan apparentem commutationem non in Jove, ſed in Stellis a notatis repoſitam eſſe comperi; ac proinde oculate & ſcr puloſe magis deinceps obſervandum fore ſum ratus.

Die itaque 11. ejuſcemodi conſtitutionem vidi: *Stell*

Ori. * * Occ.

ſcilicet *tantum duas orientales*; quarum media triplo ſtabat à Jove quam ab orientaliori: eratque orientali duplo fere major reliqua, cum tamen antecedenti nocte quales ferme apparuiſſent. Statutum ideo, omnique p cul dubio à me decretum fuit, tres in cœlis adeſſe Stel vagantes circa Jovem, inſtar Veneris atque Mercurii ca Solem: quod tandem luce meridiana clarius in aliis po modum compluribus inſpectionibus obſervatum eſt, ac n tantum tres, verum quatuor eſſe vaga Sidera circ Jov

as circumvolutiones obeuntia, quorum permutationes actius conſequenter obſervatas ſubſequens narratio minirabit: interſtitia quoque inter ipſa per Perſpicillum supeus explicata ratione dimenſus ſum: horas inſuper obertionum, præſertim cum plures in eadem nocte habitæ funt, appoſui; adeo enim celeres horum Planetarum exnt revolutiones, ut horarias quoque differentias plerume liceat accipere.

Die igitur 12. hora ſequentis noctis prima hac ratione poſita Sidera vidi. Erat orientalior Stella occiden-

Ori. * * * Occ.

iori major, ambæ tamen valde conſpicuæ ac ſplenlæ: utraque diſtabat à Jove ſcrupulis primis duo-: tertia quoque Stellula apparere cœpit hora tertia us minime conſpecta, quæ ex parte orientali Jovem e tangebat, eratque admodum exigua. Omnes fuerunt eadem recta ſecundum Eclipticæ longitudinem cooratæ.

Die 13. Primum à me quatuor conſpectæ fuerunt llulæ in hac ad Jovem conſtitutione. Erant tres occitales, & una orientalis: lineam proxime rectam conſti-

Ori. * * * * Occ.

pant; media enim occidentalium paululum à recta tentrionem verſus deflectebat. Aberat orientalior ove minuta duo: reliquarum & Jovis intercapedierant ſingulæ unius tantum minuti. Stellæ omnes dem præ ſe ferebant magnitudinem, ac licet exiguam, diſſimæ tamen erant, ac fixis ejuſdem magnitudinis lonplendidiores. Die 14. nubiloſa fuit tempeſtas.

Die 15. hora noctis tertia in proxime depicta fuerunt tudine quatuor Stellæ ad Jovem; occidentales omnes

Ori. * * * *

eadem proxima recta linea diſpoſitæ; quæ enim terJove numerabatur, paululum in Boream attollebatur:

propinquior Jovi erat omnium minima, reliquæ consequen-
ter majores apparebant: intervalla inter Jovem & tri-
consequentia Sidera erant æqualia omnia, ac duorum m-
nutorum; at occidentalius aberat à sibi propinquo min-
tis quatuor. Erant lucida valde & nihil scintillantia
qualia semper tum ante tum post apparuerunt. Verum
hora septima tres solummodo aderant Stellæ, in hujuscemo-

Ori. ** * Occ.

di cum Jove aspectu. Erant nempe in eadem recta ad u-
guem: vicinior Jovi erat admodum exigua, & ab illo s-
mota per minuta prima tria; ab hac secunda distaba
min. uno; tertia vero à secunda min. pr. 4. sec. 30. Pos
vero aliam horam duæ Stellulæ mediæ adhuc viciniore
erat; aberant enim min. sc. vix 30. tantum.

Die 16. hora prima noctis tres vidimus Stellas juxt-
hunc ordinem dispositas. Duæ Jovem intercipiebant, a-

Ori. * * * Occ.

eo per min. 0. sec. 40, hinc inde remotæ; tertia vero occ-
dentalis à Jove distabat min. 8. Jovi proximæ non majores
sed lucidiores apparebant remotiori.

Die 17. hora ab occasu 0. min. 30. hujusmodi fuit co-
figuratio. Stella una tantum orientalis à Jove distaba-

Ori. * * Occ.

min. 3. occidentalis pariter una à Jove distans min. 11. O-
rientalis duplo major apparebat occidentali; nec plures ac-
erant quam istæ duæ. Verum post horas 4. hora nemp-
proxime quinta, tertia ex parte orientali emergere cœp-
quæ antea, ut opinor, cum priori juncta erat; fuitque tal
positio. Media Stella orientali quam proxima min. tantu-

Ori. ** * Occ.

sec. 20. elongabatur ab illa, & à linea recta per extrem-
& Jovem producta paululum versus austrum declinabat.

Die 18. hora. 0. min. 20. ab occasu talis fuit aspectus

rat Stella orientalis major occidentali, & à Jove distans
Ori. * * Occ.

in. pr. 8. Occidentalis vero à Jove aberat min. 10.
Die 19. hora noctis secunda talis fuit Stellarum coor-
inatio: erant nempe secundum rectam lineam ad unguem
Ori. * * * Occ.

es cum Jove Stellæ: Orientalis una à Jove distans min.
.6. inter Jovem & primam sequentem occidentalem me-
abat min. 5. interstitium; hæc autem ab occidentaliori
erat min. 4. Anceps eram tunc, numquid inter orienta-
m Stellam & Jovem Stellula mediaret, verum Jovi quam
oxima, adeo ut illum fere tangeret: At hora quinta
nc manifeste vidi medium jam inter Jovem & orienta-
m Stellam locum exquisite occupantem, ita ut talis fuerit
Ori. * * * * Occ.

nfiguratio. Stella insuper noviſſime conſpecta admodum
igua fuit; veruntamen hora sexta reliquis magnitudine
e fuit æqualis.
Die 20. hora 1. min. 15. constitutio consimilis visa est.
erant tres Stellulæ adeo exiguæ ut vix percipi possent;
Ori. * * * Occ.

ove & inter se non magis distabant minuto uno: incertus
m numquid ex occidente duæ an tres adessent Stellulæ.
rca horam sextam hoc pacto erant dispositæ. Orientalis
Ori. * * * Occ.

im à Jove duplo magis aberat quam antea, nempe min.
media occidentalis à Jove distabat min. 0. sec. 40. ab oc-
lentaliori vero min. 0. sec. 20. Tandem hora septima
s ex occidente visæ fuerunt Stellulæ. Jovi proxima aberat
Ori. * * * Occ.

eo min. 0. sec. 20. inter hanc & occidentaliorem inter-
llum erat minutorum secundorum 40. inter has vero alia

spectabatur paululum ad meridiem deflectens, ab occiden
taliori non pluribus decem secundis remota.

Die 21. hora 0. m 30. aderant ex oriente Stellulæ tr
æqualiter inter se & à Jove distantes; interstitia vero se

Ori. * * * * Occ.

cundum existimationem 50. secundorum minutorum fuere
aderat quoque Stella ex occidente à Jove distans min. pr.
Orientalis Jovi proxima erat omnium minima, reliqu
vero aliquanto majores, atque inter se proxime æquales.

Die 22. hora 2. consimilis fuit Stellarum dispositio.

Ori. * * * * Occ.

Stella Orientali ad Jovem minutorum primorum 5. fu
intervallum à Jove adoccidentaliorem pr. 7. Duæ vero oc
cidentales intermediæ distabant ab invicem min. 0. sec. 4
propinquior vero Jovi aberat ab illo m. p. 1. Ipsæ medi
Stellulæ minores erant extremis: fuerunt vero secundu
eandem rectam lineam juxta Zodiaci longitudinem extens
nisi quod trium occidentalium media paululum in austru
deflectebat. Sed hora noctis sexta in hac constitutione vi

Ori. * * * * Occ.

sunt. Orientalis admodum exigua erat, distans à Jove
antea min. pr. 5. Tres vero occidentales & à Jove & a
invicem æqualiter dirimebantur, erantque intercapedine
singulæ min. 1. sec. 20. proxime: & stella Jovi vicinior
liquis duabus sequentibus minor apparebat; omnesque
eadem recta exquisite dispositæ videbantur.

Die 23. hora 0. min. 40. ab occasu in hunc ferme m
dum Stellarum constitutio se habuit: erant tres Stellæ cu

Ori. * * * Occ.

Jove in recta linea secundum Zodiaci longitudinem, velu
semper fuerunt: *Orientales* erant *duæ*, una vero *Occident*
lis. Orientalior aberat à sequenti m. p. 7. hæc vero à Jove
2. *sec*. 40. Jupiter ab occidentali, *m*. 3. *sec*. 20. erantq; omne
magnitudine fere æquales. Sed hora quinta duæ Stellæ, qu
prius

rius Jovi erant proximæ, amplius non cernebantur, sub ove ut arbitror latitantes; fuitque talis aspectus.

Ori. * Occ.

Die 24. tres Stellæ orientales omnes visæ sunt, ac fere eadem cum Jove recta linea; media enim modice in au-

Ori. * ** Occ.

rum deflectebat. Jovi propinquior distabat ab eo *min.* sequens ab hac *min.* 0. *sec.* 30. ab hac vero aberat ori-talior *min.* 9. erantque omnes admodum splendidæ. Ho- vero sexta duæ solummodo sese offerebant Stellæ in hoc situ, nempe cum Jove in eadem recta linea ad unguem, quo elongabatur propinquior *min. p.* 3. altera vero ab c *min. p.* 8. in unam, ni fallor, coierant duæ mediæ prius servatæ Stellulæ.

Die 25. hora 1. min. 40. ita se habebat constitutio: ad-

Ori. * * Occ.

ant enim duæ tantum Stellæ ex orientali plaga, eæque tis magnæ. Orientalior à media distabat min. 5. media ro à Jove min. 6.

Die 26. hora 0. min. 40. Stellarum coordinatio ejus-odi fuit. Spectabantur enim Stellæ tres, quarum duæ

Ori. * * * Occ.

ientales, tertia occidentalis à Jove: hæc ab eo min. 5. erat, media vero orientalis ab eodem distabat min. 5. sec. . Orientalior vero à media min. 6. in eadem recta con-tutæ, & ejusdem magnitudinis erant. Hora deinde quin- constitutio fere eadem fuit, in hoc tantum discrepans,

Ori. * * * * Occ.

od prope Jovē quarta Stellula ex oriente emergebat cæte- s minor, à Jove tunc remota m. 30. sed paululum à recta li- ea versus Boreā attollebatur, *ut apposita figura demonstrat.*

Die 27. hora 1. ab occasu unica tantum Stellula con-

ſpiciebatur, eaque orientalis, ſecundum conſtitutionem han

Ori. * Occ.

eratque admodum exigua, & à Jove remota min. 7.

Die 28. & 29. ob nubium interpoſitionem nihil obſervare licuit.

Die 30. hora prima noctis, tali pacto conſtituta ſpectabantur Sidera: unum aderat orientale, à Jove diſtans min

Ori. * * * Occ.

2. ſec. 30. duo vero ex occidente, quorum Jovi propinquior aberat ab eo min. 3. reliquum ab hoc min. 1. extremorum & Jovis poſitus in eadem recta linea fuit, at media Stella paululum in Boream attollebatur: Occidentalior fuit reliquis minor.

Die ultima hora 2. viſæ ſunt orientales Stellæ duæ, una vero occidua. Orientalium media à Jove aberat min. 2. ſec.

Ori. * * * Occ.

20. Orientalior vero ab ipſa media min. 0. ſec. 30. Occidentalis diſtabat à Jove min. 10. Erant in eadem recta linea proxime, orientalis tantum Jovi vicinior modicum quiddam in Septentrionem elevabatur. Hora vero 4. duæ orientales viciniores ad invicem adhuc erant; aberant enim ſolum

Ori. * * * Occ.

modo min. ſec. 20. apparuit in hiſce obſervationibus occidentalis Stella ſatis exigua.

Die Februarii 1. hora noctis 2. conſimilis fuit conſtitutio. Diſtabat orientalior Stella à Jove min. 6. occidentalis

Ori. * * Occ.

vero 8. ex parte orientali Stella quædam admodum exigua à Jove diſtabat minutis ſecundis 20. rectam ad unguem deſignabant lineam.

Die 2. juxta hunc ordinem viſæ ſunt Stellæ. Una tantum orientalis à Jove diſtabat min. 6. Jupiter ab occidentali

Ori. * * * Occ.

i viciniori aberat min. 4. inter hanc & occidentaliorem . 8. fuit intercapedo : erant in eadem recta ad unguem,& ídem fere magnitudinis. Sed hora ſeptima quatuor adant Stellæ, inter quas Jupiter mediam occupabat ſedem.

Ori. * * * * Occ.

rum Stellarum orientalior diſtabat à ſequenti min.4.hæc ove min. 1. ſec.40. Jupiter ab occidentali ſibi viciniori erat min. 6. hæc vero ab occidentaliori min. 8. erantque riter omnes in eadem recta linea ſecundum Zodiaci lonudinem extenſa.

Die 3. hora 7. in hac ſerie diſpoſitæ fuerunt Stellæ. Oritalis à Jove diſtabat min. 1. ſec.30. Occidentalis proxima in. 2. ab hac vero elongabatur occidentalior altera min.

Ori. * * * Occ.

. erant præciſe in eadem recta, & magnitudinis æqualis.

Die 4. hora ſecunda circa Jovem quatuor ſtabant Stellæ, ſentales duæ, ac duæ occidentales, in eadem ad unguem

Ori. * * * * Occ.

ta linea diſpoſitæ, *ut in proxima figura.* Orientalior tabat à ſequenti min. 3. hæc vero à Jove aberat min. 0. . 40. Jupiter à proximo occidentali min. 4. hæc ab occintaliori min. 6. magnitudine erant fere æquales, proxior Jovi reliquis paulo minor apparebat. Hora autem ſema orientales Stellæ diſtabant tantum min. 0. ſec. 30, piter ab orientali viciniori aberat min. 2. ab occidentali

Ori. * * * * Occ.

rò ſequente min. 4. hæc vero ab occidentaliori diſtabat n. 3. erantque æquales omnes, & in eadem recta ſecunm Eclipticam extenſa.

Die 5. Cœlum fuit nubiloſum.

Die 6. duæ ſolummodo apparuerunt Stellæ medium Jovem

Ori. * * Occ.

vem intercipientes, ut in figura appoſita ſpectatur : orie talis à Jove diſtabat min. 2. occidentalis vero min. 3. era in eadem recta cum Jove, & magnitudine pares.

Die 7. Duæ aſtabant Stellæ, à Jove orientales ambæ,

Ori. * * Occ.

hunc diſpoſitæ modum : intercapedines inter ipſas & Jove erant æquales, unius nempe minuti primi ; ac per ipſas centrum Jovis recta linea incedebat.

Die 8. hora 1. aderant tres Stellæ orientales omnes, in deſcriptione : Jovi proxima exigua ſatis diſtabat ab e

Ori. * * * Occ.

min. 1. ſec. 20. media vero ab hac min. 4. eratque ſatis m gna ; orientalior admodum exigua ab hac diſtabat min. ſec. 20. anceps erat nunquid Jovi proxima una tantum, a duæ forent Stellulæ : videbatur enim interdum huic alia adeſſe verſus ortum mirum in modum exigua, & ab illa ſe juncta per min. 0. ſec. 10. tantum : fuerunt omnes in eade recta linea ſecundum Zodiaci ductum extenſæ. Hora ve ro tertia Stella Jovi proxima illum fere tangebat, diſtab enim ab eo min. 0. ſec. 10. tantum : reliquæ vero à Jov remotiores factæ fuerunt; aberat enim media à Jove min. Tandem hora 4. quæ prius Jovi proxima erat, cum e juncta non cernebatur amplius.

Die 9. hora 0. min. 30. adſtabant Jovi Stellæ duæ or ontales & una occidentalis in tali diſpoſitione. Oriental

Ori. * * * Occ.

or, quæ ſatis exigua erat, à ſequenti diſtabat min. 4. m dia major à Jove aberat min. 7. Jupiter ab occidental quæ parva erat, diſtabat min. 4.

Die 10. hora 1. min. 30. Stellulæ binæ admodum exi guæ, orientales ambæ, in tali diſpoſitione viſæ ſunt: remotio

Ori. * * Occ.

diſtaba

ſtabat à Jove min. 10. vicinior vero min. 0. ſec. 20. erant-
ue in eadem recta. Hora autem quarta, Stella Jovi pro-
ma amplius non apparebat; altera quoque adeo imminu-
videbatur ut vix cerni poſſet, licet aer præclarus eſſet, &
Jove remotior quam antea erat, diſtabat ſiquidem m. 12.
Die 11. hora 1. aderant ab Oriente Stellæ duæ & una
occaſu. Diſtabat occidentalis à Jove min. 4. Orientalis

cinior aberat pariter à Jove min. 4. Orientaliror vero ab
c diſtabat min. 8. erant ſatis perſpicuæ, & in eadem re-
a. Sed hora tertia Stella quarta Jovi proxima ab oriente

ſa eſt, reliquis minor, à Jove diſſita per *min.* 0. *ſec.* 30. &
recta linea per reliquas Stellas protracta modicum in
quilonem deflectens: ſplendidiſſimæ erant omnes ac valde
nſpicuæ. Hora vero quinta cum dimidia, jam Stella orien-
is Jovi proxima ab illo remotior facta medium inter
ſum & Stellam orientaliorem ſibi propinquam obtinebat
um, erantque omnes in eadem recta linea ad unguem &
ſdem magnitudinis, ut in appoſita deſcriptione videre
et.

Die 12. hora 0. min. 40. Stellæ binæ ab ortu, binæ pariter
occaſu adſtabant. Orientalis remotior à Jove diſtabat

n. 10. longinquior vero Occidentalis aberat min. 8. erant-
e ambæ ſatis conſpicuæ: reliquæ duæ Jovi erant viciniſſi-
æ & admodum exiguæ, præſertim Orientalis, quæ à Jo-
diſtabat min. 0. ſec. 40. Occidentalis vero min. 1. Hora
ro quarta Stellula quæ Jovi erat proxima ex oriente ani-
us non apparebat.

Die 13. hora 0. min. 30. duæ ſtellæ apparebant ab ortu,
æ inſuper ab occaſu. Orientalis ac Jovi vicinior ſatis per-
ſpicua

Ori. * * * * Occ.



ſpicua diſtabat ab eo min. 2. ab hac orientalior minus a parens aberat min. 4. Ex occidentalibus remotior à Jo conſpicua valde ab eo dirimebatur min. 4. inter hanc Jovem intercebat Stellula exigua, ac occidentaliori Stel vicinior, cum ab ea non magis abeſſet min.0. ſec. 3. era omnes in eadem recta ſecundum Eclipticæ longitudinem unguem.

Die 15. (nam decimaquarta cœlum nubibus fuit obd ctum) hora prima talis fuit aſtrorum poſitus : tres nem erant orientales Stellæ, nulla vero cernebatur occidentali

Ori. * * * Occ.



Orientalis Jovi proxima diſtabat ab eo min. 0. ſec. 50. ſ quens ab hac aberat min. 0. ſec. 20. ab hac vero orientalic min. 2. eratque reliquis major, viciniores enim Jovi erat admodum exiguæ. Sed hora proxime quinta, ex Stell Jovi proximis una tantum cernebatur à Jove diſtans min.

Ori. * * Occ.



ſec. 30. Orientalioris vero elongatio à Jove adaucta era fuit enim tunc min.4. At hora 6. præter duas, ut modo d ctum eſt, ab oriente conſtitutas, una verſus occaſum cern

Ori. * * * Occ.



batur Stellula admodumexigua, à Jove remota min. 2.

Die 16. hora ſexta in tali conſtitutione ſteterunt Stell nempe orientalis à Jove m.7. aberat, Jupiter à ſequenti occi dua min. 5. hæc vero à reliqua occidentaliori min. 3. eran

Ori. * * * Occ.

omnes ejuſdem proxime magnitudinis, ſatis conſpicuæ, & i eadem recta linea exquiſite ſecundum Zodiaci ductum.

Die 17. h. 1. duæ aderant Stellæ, orientalis una à Jove diſtans min. 3. occidentalis altera diſtans min. 10. hæc era

Ori. * * Occ.

ali-

quanto minor orientali. Sed hora 6. orientalis proximior at Jovi, distabat nempe min. 0. sec. 50. Occidentalis vero motior fuit, scilicet min. 12. Fuerunt in utraque observane in eadem recta, & ambæ satis exiguæ, præsertim orialis in secunda observatione.

Die 18. ho. 1. tres aderant Stellæ, quarum duæ occentales, orientalis vero una: distabat orientalis à Jove n. 3. occidentalis proxima min. 2. occidentalior reli-

Ori. * * * * Occ.

a aberat à media min. 8. Omnes fuerunt in eadem re- ad unguem, & ejusdem fere magnitudinis. At hora 2. llæ viciniores paribus à Jove aberant interstitiis: occidua im aberat ipsa quoque min. 3. Sed hora 6. quarta Stela visa est inter orientaliorem & Jovem in tali configurane. Orientalior distabat à sequenti min. 3. sequens à ve min. 1. sec. 50. Jupiter ab Occidentali sequenti min. hæc vero ab occidentaliori min. 7. erant fere æquales,

Ori. * * * * Occ.

entalis tantum Jovi proxima reliquis erat paulo minor: intque in eadem recta Eclipticæ parallela.

Die 19. ho. 0. min. 40. Stellæ duæ solummodo occiduæ ove conspectæ fuerunt satis magnæ, & in eadem recta n Jove ad unguem ac secundum Eclipticæ ductum dis-

Ori. * * Occ.

itæ. Propinquior à Jove distabat m. 7. hæc vero ab ocentaliori min. 6.

Die 20. Nubilosum fuit cœlum.

Die 21. ho. 1. min. 30. Stellulæ tres satis exiguæ cernentur in hac constitutione. Orientalis aberat à Jove min. Jupiter ab occidentali sequente min. 3. hæc vero ab oc-

Ori. * * * * Occ.

dentaliori min. 7. erant ad unguem in eadem recta Eclicæ parallela.

Die

Die 25. Ho. 1. min. 30. (nam superioribus tribus noct
bus cœlum fuit nubibus obductum) tres apparuerunt Ste
læ, Orientales duæ, quarum distantiæ inter se & à Jov

Ori. * * * Occ.

æquales fuerunt, ac min. 4. occidentalis una aberat à Jov
min. 2. Erant in eadem recta ad unguem, secundum Ecl
pticæ ductum.

Die 26. Hora 0. min. 30. binæ tantum aderant Stella
Orientalis una distans à Jove min. 10. Occidentalis alter

Ori. * * Occ.

distans min. 6. Orientalis erat aliquanto minor occide
tali. Sed Hora 5. tres visæ sunt Stellæ, præter enim dua
jam adnotatas tertia ex occidenteprope Jovem admodun

Ori. * * * Occ.

exigua cernebatur, quæ prius sub Jove latitabat, distaba
que ab eo min. 1. Orientalis vero remotior quam ante
videbatur, distans nempe à Jove 11. Hac nocte primu
Jovis & adjacentium Planetarum progressum secundu
Zodiaci longitudinem, facta relatione ad fixam quandam
observare placuit: spectabatur enim fixa Stella orienter
versus distans à Planeta orientali m. 11. & paululum i
Austrum deflectebat, in hunc qui sequitur modum.

Ori. * * * Occ.

* fixa.

Die 27. Ho. 1. m. 4. apparebant Stellæ in tali configu
ratione. Orientalior distabat à Jove min. 10. sequen
Jovi proxima min. 0. sec. 30. Occidentalis sequens aber
min. 2. sec. 30. ab hac occidentalior distabat min. 1. Vicin
ores Jovi exiguæ apparebant, præsertim orientalis, extrem

Ori. * * * * Occ.

* fixa.

vero erant admodum conspicuæ, imprimis vero occidua, te
ctamqu

amque lineam ſecundum Ecliptícæ ductum deſignabant unguem. Horum planetarum progreſſus verſus ortum collatione ad prædictam fixam manifeſte cernebatur, ipſi iim Jupiter cum adſtantibus Planetis vicinior erat, ut in poſita figura videre licet. Sed Ho. 5. Stella orientalis Jovi oxima aberat ab eo min. 1.

Die 28. Ho. 1. duæ tantum Stellæ videbantur; Orienta- diſtans à Jove min. 9. Occidentalis vero min. 2. Erant is conſpicuæ, & in eadem recta: ad quam lineam fixa

Ori. * * Occ.

* fixa.

rpendiculariter incidebat in Planetam orientalem, veluti figura. Sed hora 5. tertia Stellula ex oriente diſtans à Jo-

Ori. * * * Occ.

min. 2. conſpecta eſt in ejuſmodi conſtitutione.

Die 1. Martii Ho. 0. min. 40. quatuor Stellæ orientales nnes conſpectæ ſunt, quarum Jovi proxima aberat ab eo in. 2. ſequens ab hac m. 1. tertia m. 0. ſec. 20. eratque liquis clarior; ab iſta vero diſtabat orientalior min. 4.

Ori. * *** Occ.

* fixa.

reliquis erat minor. Rectam proxime deſignabant line- n, niſi quod tertia à Jove paululum attollebatur. Fixa m Jove & orientaliori trigonum æquilaterum conſtitue- t, ut in figura.

Die 2. Ho. 0. m. 40. tres adſtabant Planetæ, orientales o, unus vero occiduus, in tali configuratione. Aberat

Ori. * * * Occ.

* fixa.

ientalior à Jove min. 7. ab hoc diſtabat ſequens m. 0. ſec. . Occidentalis vero elongabatur à Jove 2. erant extre- i lucidiores ac majores reliquo, qui admodum exiguus parebat. Orientalior à recta linea per reliquos & Jovem

ducta

ducta paululum in Boream videbatur elatus. Fixa jam a notata ab occidentali Planeta m.8. distabat, secundum p pendicularem ab ipso Planeta ductum super lineam rect per Planetas omnes extensam; veluti apposita figura monstrat.

Hasce Jovis & adjacentium Planetarum ad Fixam o lationes apponere placuit, ut ex illis eorundem Planetar progressus, tum secundum longitudinem tum etiam sec dum latitudinem, cum motibus qui ex tabulis hauriun ad unguem congruere quilibet intelligere possit.

Hæ sunt observationes quatuor Mediceorum Planetaru recens ac primo à me repertorum, ex quibus quamvis il rum periodos numeris colligere nondum detur, licet salte quædam animadversione digna pronunciare. Ac prim cum Jovem consimilibus interstitiis modo consequant modo præeant, ab eoque tum versus ortum tum in occ sum angustissimis tantum divaricationibus elongentur, eu demque retrogradum pariter atque directum concomite tur, quin circa illum suas conficiant conversiones, int ea dum circa mundi centrum omnes unà duodecennales p riodos absolvunt, nemini dubium esse potest. Convertu tur insuper in circulis inæqualibus: quod manifeste colli tur ex eo, quia in majoribus à Jove digressionibus nu quam binos Planetas junctos videre licuit; cum tam prope Jovem duo, tres, & interdum omnes simul consti ri reperti sint. Deprehenditur insuper velociores esse co versiones Planetarum angustiores circa Jovem circulos d scribentium; propinquiores enim Jovi Stellæ sæpius specta tur orientales, cum pridie ex occasu apparuerint, & è co tra: at planeta maximum permeans orbem, accurate pr adnotatas reversiones perpendenti, restitutiones semime struas habere videtur. Eximium præterea præclarumq habemus argumentum pro scrupulo ab illis demendo, q in Systemate Copernicano conversionem Planetarum cir Solem æquo animo ferentes, adeo perturbantur ab un Lunæ circa terram latione, interea dum ambo annuum o bem circa Solem absolvunt, ut hanc universi constitutione

tanqua

nquam impossibilem evertendam esse arbitrentur: nunc
im nedum Planetam unum circa alium convertibilem
bemus, dum ambo magnum circa Solem perlustrant
rbem; verum quatuor circa Jovem, instar Lunæ circa
ellurem, sensus nobis vagantes offert Stellas, dum omnes
nul cum Jove 12 annorum spacio magnum circa Solem
rmeant orbem. Prætereundum tandem non est, quanam
tione contingat ut Medicea Sidera, dum angustissimas
rca Jovem rotationes absolvunt, semetipsis interdum
usquam duplo majora videantur. Causam in vapori-
s terrenis minime quærere possumus: apparent enim
cta seu minuta, dum Jovis & propinquarum fixarum
oles nil immutatæ cernuntur. Accedere autem illos, a-
oque à terra elongari circa suæ conversionis perigeum
t apogeum, ut tantæ mutationis causam nanciscantur, om-
no inopinabile videtur; nam arcta circularis latio id nulla
tione præstare valet, ovalis vero motus (qui in hoc casu
ctus fere esset) & inopinabilis, & iis quæ apparent nulla
tione consonus esse videtur. Quod hac in re succurrit
bens profero, ac recte philosophantium judicio censuræq;
hibeo. Constat Terrestrium vaporum objectu Solem
inamque majores, sed fixas atque Planetas minores ap-
rere: hinc Luminaria prope horizontem majora, Stellæ
ro minores, ac plerumque inconspicuæ, imminuuntur eti-
magis si iidem vapores lumine fuerint perfusi; id-
rco Stellæ interdiu ac intra crepuscula admodum exiles
parent, Luna non item, ut supra quoque monuimus.
onstat insuper non modo Tellurem, sed etiam Lunam
am habere vaporosum orbem circumfusum, tum ex
s quæ supra diximus, tum maxime ex iis quæ fusius in
stro Systemate dicentur: at idem quoque de reliquis
anetis ferre judicium congrue possumus, adeo ut etiam
ca Jovem densiorem reliquo æthere ponere orbem in-
inabile minime videatur, circa quem, instar Lunæ circa
ementorum sphæram, Planetæ MEDICEI circumdu-
ntur; atque hujus orbis objectu dum apogei fuerint,

minores, dum vero perigei, per ejusdem orbis ablationem seu attenuationem majores appareant. Ulterius progredi temporis angustia inhibet; plura de his brevi candidus Lector expectet.

FINIS.

JOANNIS KEPLERI

Sæ. Cæ. Mis MATHEMATICI

DIOPTRICE:

SEU

Demonstratio eorum quæ visui & visilibus propter Conspicilla non ita pridem inventa accidunt.

Præmissæ Epistolæ Galilæi de iis quæ post editionem Nuncii Siderei, ope Perspicilli, nova & admiranda in Cœlo deprehensa sunt.

Item

Examen Præfationis *Joannis Penæ* Galli in Optica Euclidis, de usu Optices in Philosophia.

Typis mandata 1682.

REVERENDISSIMO ET SERENISSIMO PRINCIPI ac D. D. Ernesto Archiepiscopo Colonienſi, S. Romani Imperii Septemviro Electori, & per Italiam Archicancellario, Episcopo Leodienſi, Administratori Monaster. Hildeſ. & Frisingenſi, Principi in Stabel. Comiti Palat. Rheni ſup. & infer. Bavariæ, Weſtphaliæ, Ang. &c. Duci, March. Franc. Domino meo clementiſſimo.

REverendiſſime & Sereniſſime Princeps Elector, Domine clementiſſime: Cum ſuperioribus annis ad magnum cumulum inventionum hujus ultimi ſeculi acceſſiſſet Arundo Dioptrica, nequaquam inter vulgares connumeranda machinationes, circaque eam alii de palma primæ inventionis certarent, alii de perfectione Inſtrumenti ſeſe jactarent amplius,

quod ibi Casus potissimum insit, hic Ratio dominetur; Galilæus vero super usu patefacto in perquirendis arcanis Astronomicis speciosissimum triumphum ageret; ut cui consilium suppeditaverat industria, nec successum negaverat fortuna: Ego ductus honesta quadam æmulatione novum Mathematicis campum aperui exserendi vim ingenii, hoc est, causarum lege geometrica demonstrandarum quibus tam exoptati, tam jucunda varietate multiplices effectus inniterentur. Cum enim ante sex annos Opticam Astronomiæ partem edidissem, in qua & de visionis modo nova ratione, & de Perspicillis primus omnium, quod sciam, talia disputaveram, quæ ad hunc usque diem stant inconcussa; consentaneum erat, ut ostenderem eadem fundamenta quibus visionis modum, quibusque perspicillorum simplicium effectus superstruxeram, etiam compositioni diversarum lentium perspicuarum in unam arundinem ferendæ sufficere: adeoque ne quidem posse fieri (quod veritatis argumentum est) ut aliis quibuscunque principiis quam quibus ego sum usus demonstratio hæc expediatur. Ac cum Euclides Optices spe-

ciem

iem fecerit Catoptricen, quæ de radio reper-
usso agit, nomine deducto à præcipuo hujus
eneris machinamento, Speculis, eorumque mi-
a & jucunda varietate; ad exemplum hoc meo
bello natum est nomen Dioptrice, quia agit
otissimum de radio refracto à mediis pellu-
idis densis, tam naturalibus in oculo huma-
o, quam artificialibus in perspicillorum varie-
ate; quo subjecto contra Catoptricen, ut Spe-
ies contra speciem, distinguitur: sic tamen ut
rior sit Dioptrice, posterior Catoptrice; prop-
erea quod Catoptrice circa imagines versetur,
uæ, quid omnino sint, citra cognitionem oculi ex
Dioptrice petendam intelligi nequit.

Qua etiam de causa repetii modum visionis
& simplicium perspicillorum rationes; cum ut
Dioptrice quodammodo perfecta esset, tum
uia Instrumenti rationes ab hominis oculo
exæ sunt, ipsumque instrumentum è simpli-
bus perspicillis compositum, ut alterum sine
ltero expediri non possit. Denique quia cen-
uerunt aliqui, in Opticis hæc à me pertractata
sse obscurius; ut multis non ingenii hebetudo,
ed doctoris culpa, impedimento sit quo minus
cripta & demonstrata percipiant. Eis igitur

ut consulerem, quædam hic tradidi brevius alia prolixius, nonnulla aliis verbis concepi definitiones terminorum, quos usurpo geometrica libertate, continuo numero inter propositiones opportunis locis recensui; schemata (quæ sunt Geometrarum genuinæ literæ) plura addidi. Qua opera si non omnem obscuritatem sustuli, spero Philosophiæ studiosos imbecillitatis meæ aliquid condonaturos, operamque hanc bonam consulturos.

Porro in hanc curam eo potissimum tempore incubui, quo ingenium meum, lamentabili quodam frigore torpens, Sol munificentissimus præsentiæ R^mæ & S^æ C^is tuæ concalefecit clementissimaque ejus alloquia & hortatus crebri, veluti Mercurius aliquis, è somno excitarunt. Ejus denique Mathematici & Cubicularii Nobilis, D. Johannis Zuckmesseri, jucundissima simul & ingeniosissima machinamenta manuaria, vitrorumque expolitiones artificiosissimæ, quibus R. & S. C. Tuam mirifice delectari videbam, ad ejusdem veluti officii æmulationem provocarunt. Quod si me non impellerent hæ singulares causæ ad Dioptricen hanc meam R. & S. C. Tuæ dedican-

dicandam; tunc vel sola illa in genere suf-
eret, quod Mathematici libelli, ut remoti
vulgi captu, eoque contempti, nemini rectius
feruntur quam qui de illis judicare possunt,
os acri ingenio à Natura instructos, amor
hilosophiæ & meditatio ad perfectam harum
rum cognitionem provexit. Qua in cogni-
ne num quem inter Principes Viros hoc
mpore parem habeas, incompertum mihi est:
ter professores certe Academiarum qui huic
dicio pares sint, pauciores reperiuntur quam
usu sit.

Quod si nulla in creberrimis librorum de-
cationibus fucatiora essent Patronorum en-
mia quam sunt ista, credo fidem quam circa
atronorum virtutes fere decoxerunt dedica-
mes brevi restaurarent. Atque ego in hunc
lum finem supersedeo reliquas (ut fieri solet
dedicationibus) R. & S. C. Tuæ comme-
orare virtutes; ne sutor ultra crepidam sape-
velle videar.

De cætero non aliam lectori suspendo hede-
m, quam ut ei indicem libellum à tali Prin-
be comprobatum, lucemque videre jussum.

Et

Et jam R. & S. C. Tuæ me subjectissime com-
mendo. Vale. Cal. Januariis anni undecimi
seculo septimo decimo, quem R. & S. C. Tu
felicissimum in gubernatione, in sapientiæ studi
inque corporis tuenda sanitate comprecor.

Reverendissimæ & Sere-
nissimæ C. Tuæ

Devotissimus

S. C. Ma^tis Mathematicus

JOANNES KEPLERUS

JO

OANNIS KEPLERI
N DIOPTRICEN
PRÆFATIO, DE USU ET præstantia Perspicilli nuper inventi, deque novis cœlestibus per id detectis.

Bellum exhibeo, lector amice, Mathematicum, hoc est captu non adeo facilem; & qui non tantum ingenium in lectore requirat, sed etiam attentionem mentis præcipuam, & cupiditatem indibilem cognoscendi rerum causas.

Hoc dum perpendo, visum est aliqua commentari de præ-tia Dioptrarum seu Perspicillorum, deque admirabili um effectu in proferendis philosophiæ terminis: ut inge-si adolescentes cæterique Matheseos cultores hoc utilita-veluti stimulo incitati ad rationes instrumenti ex hoc li-lo percipiendas incitentur.

Multa sunt & magna quæ de usu Optices universæ præ-is est Joannes Pena Gallus, Regius quondam Mathema-is, in editione Opticorum & Catoptricorum Euclidis à versorum: quantacunque tamen ea sint, præ illis quæ hoc nnio dioptrarum beneficio sunt patefacta, plane pueri-possunt haberi.

t quia lectori præfationem illam hac mentione commen-, age præcipua ejus capita strictim examinemus; ne cum ris & præclaris, quæ in ea sunt, etiam dubia & falsa, quæ ersperſa esse negare non possum, sciens prudensque ob-fisse videar. Ubi hoc absolvero, tum demum quæ no-

va

va Perſpicillaria diſciplina hoc tempore detexerit, ſu
jungam.

Primum de Cœlo dogma cum Pena ſtatuo ex Opt
ſolide demonſtrari: falli nimirum vehementer phyſic
adeoque & theologos nonnullos, qui putant novem
decem eſſe pellucidas ſphæras hunc mundum Elementar
amplexas, ut Album Ovi ſolet amplecti vitellum, aut
nicæ ceparum alia aliam circumcludunt. Cum enim
ceſſaria ratione ſtatuantur itinera planetarum Excentri
recte colligit Opticus, radios à ſtellis per hæc tam ſpaci
volumina oblique deſcendentes (quippe in terram ex
quorundam orbium centra conſtitutam) lege Optica ref
ctum iri: quo conceſſo tollitur omnis obſervationum cer
tudo, cui tamen teſtimonium perhibet experientia. Sequit
hoc idem etiam ex proportione corporis Telluris ad orbe
Lunæ ſatis perceptibili. Etſi enim diſſimulemus orbes E
centricos, terramque in centro omnium orbium collo
mus, eo ipſo tamen ſuperficies terræ ſatis longo interva
à centro ſphæræ Lunæ, quod ipſa ſuo centro occupat, ob
ſtit; rurſumque ad ſuperficiem Terræ quam nos inha
tamus deſcendent radii ſtellarum, oblique ſecantes orbe
Lunæ, contingetque ut ii refracti turbent certitudine
aſpectus.

Nondum egreſſus Pena ex hujus pulcherrimæ demo
ſtrationis veſtibulo, improvide nimium impingit, diſcri
men tollens non tantum orbium inter ſe, ſed etiam aeris
ætheris: dumque materiam ætheris eandem facit cum m
teria hujus quem ſpiramus aeris, docet ipſo etiam lapſu ſu
quanti interſit ambulantis in Philoſophiæ palatio Optic
oculos bene apertos habere. Eodem enim argumento q
diſcrimen tollitur orbium inter ſeſe, viciſſim diſcrimen ſt
bilitur aeris hujus, & qui ei paulo ſupra montium culmi
ſuccedit ætheris.

Etſi enim obſervationes aſtronomicæ non turbantur mul
plici aliqua ratione refractionum inter ſe varie implex
rum, qualem orbium diſcrimina & ſoliditas requirerent
eſſent; turbantur tamen uniformi quadam ratione refr
ctionum

onum, quando sidera horizonti appropinquant: quæ re-
ctiones aliunde esse nequeunt, quam ex superficie aeris
jus quem spiramus; adeo quidem ut in Astronomiæ par-
optica hinc etiam altitudinem illius superficiei à superficie
rræ potuerim investigare. Provocat Pena ad experienti-
, inducto teste oculato, Gemma Frisio cum baculo suo
ronomico, qui negavit à se ullas refractiones esse depre-
nsas. Nimirum Penæ tunc nondum erat cognita admi-
ilis industria summi Artificis Tychonis Brahe, qui partim
rarum multitudine, partim instrumentorum magnitudi-
& subtilitate, modicum illud assecutus est, quod crassum
mmæ instrumentum hominisque unius & solitarii at-
tionem effugerat. Et adduxi ego in Astronomiæ parte
ica pro refractionibus testes Braheo succenturiatos ex
iquitate, eosque integros & incorruptos.
Audio D. D. Helisæum Rosslinum problema mihi pro-
isse solvendum de Sole 14. dierum spatio citius justo
atavis in septentrionali terra viso. Librum ejus non vidi
hos tumultus. Admoneo tamen, quæstionem hanc à me
Refractiones aeris expeditam in Astron. parte Optica
.4.num.9 fol.138.
Secundas Pena partes dedit dogmati de itineribus plane-
m vere Excentricis; & recte dedit. Habet Optice fir-
ima pro his argumenta. Illud solum cavendum, ne no-
accidat quod veteribus, ut alteri Optices oculo nimium
are confidentes in pervidenda hac planetarum orbita, al-
am Physices oculum claudamus; & sic quod utriusque
Optices & Physices rationibus ex æquo tribuendum erat,
Opticæ tribuentes, rursum à scopo aberremus. Qua de
ide meam Astronomiæ partem Opticam, & commen-
a de Martis motibus.
Tertio loco examinat Pena ex Optica quæstionem de or-
e Planetarum: nec male ratiocinatur ex Aristotele, si qui-
n terra suo stet fixa loco, non esse verisimile ut Sol, Venus
Mercurius tribus distinctis orbibus inæquali magnitudi-
æquali tamen periodo, circumeant; quin potius consen-
eum, quod Martiano Capellæ, Campano & Braheo
placuit,

placuit, infraque Galilæus evidentissime probat, siquide
Sol vehitur, uno illos orbe vehi, Solemq; ut axem Rotar
ab Epicyclis Veneris & Mercurii veluti à Rotarum aps
bus ambiri: imo vero probabilissimum esse, quod Cop
nicus, quod ante tot secula illa antiquissima philosop
Samia tenuit, Solem in medio stare fixum loco; circa
eum non Mercurium tantum & Venerem, suo quemq; te
pore, sed ipsam adeo Tellurem cum Luna, sua comite, c
cumire motu annuo, cæterosque tres suis itidem periodis

Rursum autem Pena hic sese cum aliquo veritatis dam
ex sentibus perplexarum ratiocinationum expedit. Eten
argumentum hoc nulla adeo evidenti necessitate revinct
de probabilitate sola testabatur. Pena igitur diffisus arg
mento dubio, mobilitatem terræ, qualem Copernicus d
cet, timide dimittit è manibus, ipse contra levi nictu Oc
Optici, fiduciam concepit alius cujusdam tardissimi mo
terræ pervestigati: quo posito sequi putat, ut fixæ motu
videantur sortiri inæqualem, qualem fixarum esse motu
seculorum dispar consensus testetur. Atqui, ô Pena, hoc n
est commendare præstantiam Optices, solicitare ejus vi
in rebus impossibilibus. Generosus omnino fuit Bucephal
etsi Pegasi alas imitari non potuit. Et si quis Bucephalu
testatus volantem conspectum arguatur falsi, non ideo Buc
phali gloria conciderit. Nimium, ô Pena, recessit hæc tua r
tiocinatio à principiis opticis; nimium multa inter tuum e
sumptum Opticum, interque id quod inde concludis, inte
cedunt. Primum, non tetigit te solicitudo illa super verita
Observationum, quas ex illa profunda antiquitate ablegs
mus hodie. Deinde motum fixarum allegas, ut rem ocu
visam. Atqui nimio multum abest ab oculorum conspect
subtilissimarum ratiocinationum trium in unum compositi
ne, nec ea strictissima, vix tandem pronunciare audet Astr
nomus, quo Zodiaci loco quovis seculo fixa aliqua consista
Denique quem tu dicis motum fixæ à puncto æquinocti
is contra verissime est retrocessus puncti æquinoctialis à fix
stella: ubi punctum æquinoctiale longissime aberrat à P
næ conceptione. Quid enim aliud est punctum æquinoctial

quat

am imaginaria interſectio duorum imaginariorum circu-
um, quorum alter intelligitur à Sole per orbitam Telluris
ue in ſupremum ætherem continuari, alter itidem intelli-
ur à centro Terræ per æquinoctialem terreſtrem uſque
fixas continuari, idque non in omni ſitu terræ, ſed tunc
um quando Terra eſt in punctis æquinoctialibus? Sed de
re in Aſtronomia docetur, inque meis de Marte Com-
ntariis. Fruſtra igitur ex tam incertis Pena male infor-
tus, Terræ motum aliquem tribuit, eumque tardiſſimum,
motu illa à centro mundi exſulet: præſtitiſſet eum
luris retinere motum quem præſtantiſſimi artifices in-
duxere; qui motus certo Terram circumducit extra cen-
m mundi planetarii tanto intervallo, quanta putatur eſſe
idiameter ſphæræ Solis.

Non poſſum autem præterire, quin etiam hunc Penæ la-
m ex ipſius præfatione eliminem, ubi Copernici cenſurâ
er Ptolemaica Lunæ Hypotheſi falſitatis arguit. Hac enim
mulatione plurimum nocetur exiſtimationi tanti arti-
apud imperitos. Refellit Ptolemæum Copernicus, cujus
poſita Lunam biſectam pene duplo propiorem Terris
ibent quam cum plena eſt. Argumentum falſitatis Co-
nicus ſumpſit Opticum, idque optimum; oportuiſſe ut
orpore duplo fere latior appareret biſecta quam plena:
experientia teſtetur de conſtanti nec niſi pauculis minu-
variabili diametro. Hic Pena ſubtilitate abuſus axioma-
Optici à Copernico adducti, quod in his propoſitionibus
eritur numero 67. argumentum impertinenter elevat.
d tum enim, ſi maxime apparentes diametri Lunæ non
ciſe ſunt in everſa proportione diſtantiarum? ſi tamen
fere in ea, num ideo nihil dixit Copernicus? Negat
exercitus ſe urbem in qua ſunt decem millia præſidia-
um militum expugnare poſſe niſi cum quinquaginta
libus. Quid igitur ſi deſit illi unus aliquis de hoc nume-
num ideo tergiverſabitur ſuper expugnatione?

d ad numerum revertor dogmatum quæ Pena ex Optica
iſſime probat; quorum hoc eſt quartum, Quod rectiſſi-
ex Optica arguitur nullam ſupra nos eſſe ſphæram ignis:

quo

quo fundamento subruto, quanta sequatur ruina Meteor
logiæ Aristotelicæ, nemini Philosophorum hujus tempor
obscurum esse potest. Si enim sub cœlo esset ignis, seu co
spicuus ille seu inconspicuus, omnino magna fieret r
fractio radiorum. Nam ignis ideo superiora petit, quia l
nuioris est substantiæ quam aer. Ut enim inflata vesica
aquæ profundo emergit, pondere aquæ sursum elisa: sic etia
ignea substantia causam ascensus sui ex tenuitate sua con
quitur, pellitur enim à circumflui aeris crassiori corpore.

Cum igitur physici dicant, supra capita nostra circumf
sam esse substantiam pellucidam, tenuiorem aere hoc nostr
negare non poterunt, radios visibilium in transitu confiniu
crassi aeris & ignis tenuioris superficierum, quacunque ob
que tranſeunt, refringi : transeunt autem oblique ad l
cum spectantis præter unum omnes. Undique igitur magn
fierent refractiones radiorum.

Argumenti vis experimento veluti ad oculum explica
potest. Luceat Sol contra parietem; interlocetur thurib
lum cum carbonibus vivis: si tranquillus sit aer, ex thur
bulo recta ascendet rivus quidam igneæ substantiæ, nul
fumo immixto; sin ventulus interflet, rivus ille parum
latus deflectet, vento concedens sursum, tamen undulatio
sua scaturiens. Rivum hunc ignis oculis non consequeri
quippe colore omni carentem & pellucidum. At si pari
tem oppositum aspicias, tremere videbis umbras rerum tra
prunam in sole positarum, quæ umbræ per hunc ignis fluxu
trajiciuntur. Tremor vero motus species est. Itaque radii S
lis umbram circumscribentes tremunt, propterea quo
ebullitionem illam igneam transeuntes franguntur, idque v
rie pro varia superficierum illius fluxus ignei transformatio
ne: ex qua inconstanti inflexione radiorum in superficie
lius ebullitionis, resultat inconstans etiam inflexorum seu re
fractorum incidentia in parietem, inconstansque, hoc e
tremens, umbræ projectio. Hoc igitur experimento co
stat, radios lucis in superficie igneæ substantiæ, quantumv
inconspicua sit, sensibiliter refringi. Nulla igitur talis igne
substantia sub cœlo expansa est, nostris imminens capitibus

neq

ue fluctuans, neque tranquilla; quia obſervatores ſide-
nullam neque tremulam deprehendunt ſtellarum re-
tionem locique permutationem, neque conſtantem, quæ
commenſurata figuræ ſphæræ igneæ, denique nullam
m præter eam quæ eſt ſuperficiei aeris.
Hoc firmiſſimum argumentum Pena rurſum tractat in-
te: dumque muros quatit ſphæræ igneæ, nimio arietis
is impulſu à ſe ipſe læditur. Putat ad firmitatem ar-
enti pertinere, ſi plane nullas ſiderum refractiones ad-
at. Itaque non dubitat etiam obſervationibus Aſtro-
orum fidem derogare, quas Vitellio adducit. Dixerat
llio, refringi radios lucis; idque in Luna ſentiri, cujus
e alia videatur latitudo quam qualem Tabulæ motuum
ittant. Pena occurrit, non eſſe in cauſa refractionem,
Parallaxin, rem notam Aſtronomis. Mira mehercule
otii perplexitas! Nam & uterque verum dogma ha-
& uterque id impertinenter probat, interque proban-
in errores incidit circa res cognatas. Vere dicit Vi-
o contingere incurvationes radiorum ſideralium ob den-
em aeris. Vere & hoc dicit, ſed fortuito, id in Luna
rehendi. Sed quod præſupponit loca Lunæ irrefracta
alculo illius ſui temporis certiſſime depromi, eaque re-
m ſtatuit æſtimandarum obſervationum, & deprehen-
darum per eas refractionum, vehementer quidem dece-
fuit. Itaque non facile dixerim, ante Tychonem Brahe
oquam deprehenſas eſſe refractiones Lunæ; non tantum
ncertitudinem antiqui calculi, ſed etiam ob negligentiam
ervatorum priorum. Deprehendit autem Braheus refra-
nes non tantum per Lunam, quod difficilius fit, propter
m & celerem ejus motum, ſed multo maxime per ſi-
Et tamen vel per ſolam Lunam, etiamſi non ſit cer-
rius ejus calculus, deprehendi facile poſſunt. Hæc de
llionis hallucinatione. Excutiamus jam & Penæ cen-
m. Vere & is defendit, propter ignis ſphæram nullas
ingere refractiones: falſum tamen addit, plane nullas
tingere, ne quidem aeris cauſa. Inepte denique oc-
it Argumento Vitellionis, etſi, ut dictum, inutili & rui-

noſo, tribuens Parallaxibus ea quæ Vitellio Refractio
bus. Atqui norunt Aſtronomi, duarum harum rerum
fectus eſſe contrarios. Refractio Lunam attollit, pa
laxis deprimit. Hoc non perpendit Pena. Sed, ut di
nullum eſt detrimentum, etſi Pena Vitellionis refractio
non effugit: ſunt enim aeris, non ignis effectus. Aeris
tur denſiorem ſuperficiem, ut ſupra dictum, ſtabiliu
ignis vero tenuiorem regionem, quod vultPena, penitus c
vellunt & eliminant. Utrinque igitur præſtantia Opt
rum demonſtrationum elucet, tam in ſtabilienda diſtinc
ne aeris ab æthere, quam in tollenda fictitia ſphæra ignis.

Quinto loco Pena indicat, quanta Phyſicos ignorat
teneat circa materiam, locum & effectus Cometarum,
Opticas ſcholas fuerint ingreſſi: & quid hæc diſciplina
ca talia naturæ portenta doceat eos qui ſe non aſpern
tur.

Rurſum itaque verum hoc lectori commendo, Come
rum, ſeu Crinitorum, barbatorum, caudatorum ſiderum c
pora plane pellucida ex Optica doceri, argumento h
quod caudas à Sole tenent averſas.

Verum ſecundo & hoc eſt, Corpora illa pellucida d
ſiora eſſe æthere in quo diſcurrunt. Verum eſt & il
tertium, Ex analogia motus cometarum plurima nos
loco cometarum doceri, certumque habere pleroſque
pra Lunam in altiſſimo æthere verſari. At quartum qu
addit Pena, dubium eſt, an Cometis vis calefaciendi
lege Optica, dum refracti Solis radii in corporis come
ingreſſu exituque poſt corpus ad coni mucronem cogunt
eaque coactione vim incendendi concipiunt. Nam ut d
radios ſic in conum coire, nuſpiam ſequetur inflammat
nis violentia niſi in illo ipſo coni mucrone, in profundo
there. Quid vero hoc ad æſtum illum qui hic in Terris
citatur? Deinde non cauda illa Cometarum conſpicua,
nus ipſe eſt radiorum, uſus corpore cometæ pro baſi;
ſi plurimum huic ſpeculationi tribuerimus, cauda hæc
vus conus eſt, incipiens ibi ubi conus alter, cujus in corp
cometæ baſis, in mucronem deſinit: quod lex optica do

proxu

xime post corpus cometæ fieri. Radii igitur Solis, tenus constituunt conspicuum illum tractum quem nos dam appellamus, jam iterum divergunt. Incensio vero ex diversione, sed ex sectione radiorum oritur. Nulla ur in cauda vis incendendi; sed si est aliqua, est in se- ne radiorum proxime corpus, unde cauda talis in- it.

tsi vero dubia est, ut dixi, hæc Penæ ratiocinatio de ctu cometæ; tantum tamen abest ut penitus contemnen- judicem, ut potius ceu generosissimam omnibus com- ndem, & talem, ex qua de cometarum caudis abstru- mum Naturæ arcanum erui posse existimem. Scripsi de re aliquid in descriptione Germanica Cometæ qui t anno 1607. quam Latine etiam adornaveram cum nonstratione pulcherrima trajectus Cometæ rectilinei ætheris profundum: sed exspectationem meam typo- phus elusit, manetque libellus in scriniis, aliam exspe- ns occasionem.

extam Optices utilitatem Pena commemorat, in con- enda Opinione Aristotelicorum de Galaxia: docetque Optica, Galaxiam in ipso æthere longissime supra Lu- circumfundi; quippe quæ permutationem loci sub nullam per diversa terrarum loca, diversosque ad ho- ntem positus, oculis subjiciat. Magnum proculdubio hoc Optices beneficium agnoscent qui hactenus Ari- elis Meteorologiam suspexerunt, inque pretio habue- t. Etsi ea quæ circa Galaxiam Galilæus ope perspi- detexit, ratiocinationem hanc Penæ porro reddent su- vacuam.

equuntur in Penæ præfatione deformia nonnulla, qui- rogo ne Optices studiosus moveatur. Visum fieri radio- receptione Vitellio verissime statuit; comprobavi ego dentissimis experimentis. Magna erat Opticorum glori- contra Aristotelicos emissionem radiorum defenden- propter consensum ipsorum inter se. Dolendum ita- Penæ contrario testimonio gloriam hanc Opticorum ari, præsertim cum & ipse Pena sit Opticus, & ea ipsa in

præfatione Opticam commendet. Atqui perpendat philo
phiæ cultor, rerum abstrusarum investigationem non u
esse seculi; sæpe veritas furtim quasi in conspectum veni
negligentia philosophorum offensa subito se rursum sub
cit, non dignata homines sui conspectu mero, nisi officio
& industrios. Adde quod Pena Euclidi, quem à se de
versum illo libello exhibuit, emissiones radiorum usurp
propter opinionem antiquitatis aliquid tribuit, impertine
in philosophia studio. Itaque assumo ex ore Penæ, ei
rescribo sententiam suam : *Physicum volo minime cre
lum, ob idque Opticarum demonstrationum experient
qui Euclidem (ipse Vitellionem dixerat) cæteroque O
cos accurate examinet, & iis tantum credat quant
ab iis demonstratum videat. Vir fuit Euclides doct
na & eruditione nulli secundus, ut ejus monumenta m
strant; sed, quæ communis disciplinarum orientium
est, opiniones habuit anticipatas, quas pro axiomat
demonstrationum obtulit, cujusmodi illud est, Aspect
fieri per radios properantes ab oculis ad rem visam; q
tamen non magis necessarium est, quam si visionem r
ptione radiorum fieri dicas.* Hæc inquam hoc loco
næ regerenda puto. Nam ad demonstrationes quâsd
nihil interest utrum verum sit : & vides utrumque à
promiscue usurpari, Propos. 3. & 19. Etsi notandi
hoc discrimen : si de rei lucentis natura agimus, expedit
clare loqui, nec aliud quam emissiones radiorum ex punc
lucentibus inculcare. At si de visione rerum lucentiu
deque visus deceptionibus loquimur, sæpe nos ipsæ decept
nes invitant ad captiose quasi loquendum, & emissiones
diorum ex oculo usurpandas, cum revera sint receptio
radiorum in oculum.

Cur duobus oculis videtur res una, Pena recte refe
falsam Vitellionis rationem; Galeni æque falsam lau
non recte. Galenus Opticis terminis usus est mini
ad leges Opticas : quasi pyramides visionis, formatæ ip
v idendi actu, & à visa re veluti à communi basi ad oc
los continuatæ, reale quippiam fierent & corporeum; qu
cu

n detorsione oculi detorqueri à ſuâ re viſa poſſent. Ve-
n itaque cauſam reperies infra Prop. 62.

Explicationem Halonis, Iridis, Pareliorum Paraſelena-
nque ex Optica diſciplina petendam jam olim vidit Ari-
teles, neque ea quæ adhuc deſiderantur in Meteorologi-
Ariſtotelis aliunde ſuppleri poſſunt.

Cogitaveram & ego hic libellum de Iride ſubjunge-
quod ſupplementum eſſet Ariſtotelicæ ſuper Iride diſ-
ſitionis; ſed deſiderabantur adhuc Pareliorum genuinæ
ſæ, quæ ſunt cauſis portentoſarum Iridum implexæ:
que in præſens hoc negotium deſerui.

Cum tam multa profit Optica ſcientia philoſophiæ na-
ali, jure Optimo Pena plura & ab Optica exſpectat in
gia & Theologia Porphyriana, inque manuariis præſti-
s diſcutiendis: nec pauca promittit Jo. Baptiſtæ Portæ
gia naturalis, quam lector adeat; videbit Opticam di-
plinam tota vita humana admirabiles explicare uti-
tes.

Hactenus igitur Pena nobis auditus eſto, de præſantia
otices, deque ſtupendis ejus effectibus in rerum natura
egenda doctiſſime perorans.

Nunc tempus ut promiſſis fidem præſtem, doceamque
Optices parte, quam Dioptricen appellamus, ejuſque
jecto, Perſpicillis, nos de rerum natura longe admira-
iſſima brevi temporis ſpatio didiciſſe; adeo quidem ut
erilia videri poſſint quæcunque hactenus Optices benefi-
detecta ex Pena produximus.

Verſatur in manibus omnium ſidereus Galilæi Nuncius,
mea qualiſcunque cum hoc Nuncio Diſſertatio, tum
am Narratiuncula, Nuncii ſiderei confirmatoria. Le-
r itaque breviter perpendat capita illius Nuncii, quæ
quanta Perſpicilli illius beneficio, cujus rationes hoc
ello demonſtro, fuerint detecta. Teſtabatur viſus, eſſe
quod in cœlo corpus lucidum quod Lunam dicimus:
monſtratum fuit ex rationibus Opticis id corpus eſſe
tundum: Aſtronomia etiam ratiocinationibus nonnullis
per Optica fundamenta collocatis exſtruxerat ejus altitu-

dinem à Terra ſexaginta circiter ſemidiametrorum Te
ræ. Apparebant in illo corpore variæ maculæ; & ſe
ta eſt obſcura opinio paucorum Philoſophorum, illata
Hecatæo in fabulas de Hyperboreorum inſula, montiu
& vallium, humoris & continentium alternata conſpi
ſimulacra. At nunc Perſpicillum omnia hæc adeo ob ocul
collocat, ut plane timidum eſſe oporteat, qui tali frue
aſpectu, etiamnum dubitandum exiſtimet. Nihil eſt certi
quam partes Lunæ meridionales plurimis iiſque immen
ſcatere montibus; partes vero ſeptentrionales, depreſſior
quippe, lacubus ampliſſimis defluentem à meridie humore
excipere. Quæ prius Pena produxerat Optices benefic
patefacta dogmata, illa à tenuibus viſus adminiculis o
ginem trahentia per longas ratiocinationes inter ſe nexa
demonſtrabantur, ſic ut Rationi potius humanæ quam Oc
lis tranſcriberentur: at hic jam Oculi ipſi, nova veluti jan
cœli patefacta, in conſpectum rerum abſtruſarum addu
cuntur. Quod ſi cui jam ſuper novis hiſce obſervation
bus lubeat etiam Rationis vim excutere, quis non vide
quam longe contemplatio Naturæ ſua pomœria prolatu
ſit; dum quærimus, Cui bono in Luna ſint montiu
valliumque tractus, marium ampliſſima ſpatia; &, Anno
ignobilior aliqua Creatura quam homo ſtatui poſſit, qu
tractus illos inhabitet?

Nec minus deciditur hinc & illa quæſtio, quæ pen
cum ipſa philoſophia nata, exercetur hodie à nobiliſſimi
ingeniis, Poſſitne Terra moveri (quod Theorica doctrin
Planetarum valde deſiderat) ſine gravium ruina, aut ſu
turbatione motus elementorum. Nam ſi Terra à centr
mundi exſulet, metuunt nonnulli ne aquæ, globo Terr
deſerto, in mundi centrum refluant. Atqui videmus & i
Luna ineſſe vim humoris, depreſſas ejus globi lacuna
obſidentem: qui globus, quamvis in ipſo æthere ci
cumducatur, extra centra non mundi tantum, ſed & Ter
ræ noſtræ, non tamen quicquam impeditur copia aqua
rum Lunarium, quo minus ad centrum ſui corporis ten
dens Lunæ globo conſtans adhæreat. Itaque Optica re
formati

rmat vel hoc Lunaris globi exemplo doctrinam gravium levium; confirmatque hic introductionem meam in mmentaria Martis motuum.

HabentSamiæ philoſophiæ cultores(liceat enim hoc cognomine uti ad indicandos ejus inventores Pythagoram & iſtarchum Samios) etiam contra apparentem Oculis mobilitatem Terræ paratum in Luna præſidium. Domur quippe in Opticis, ſi quis noſtrum in Luna eſſet, omnino Lunam, domicilium ſuum, penitus immolem, Terram vero noſtram Solemque & cætera omnia obilia viſum iri: ſic enim ſunt comparatæ viſus rationes.

Commemoravit antea Pena, quomodo Aſtronomi Opis uſi principiis magno ratiocinationum molimine viam cteam ex elementari mundo, quorſum eam collorat Ariſtoteles, in ſupremum æthera ſuſtulerint. At nc Perſpicilli recens inventi beneficio ipſi Aſtronomom Oculi recta adducuntur ad pervidendam viæ lacteæ bſtantiam: ut quicunque hoc ſpectaculo fruitur, is fateri gatur, nihil eſſe aliud viam lacteam, niſi congeriem inutiſſimarum ſtellarum.

Quid eſſet Nebuloſa ſtella, penitus ignoratum hactenus: erſpicillum vero in talem aliquam nebuloſam convolutiom (ut Ptolemæus appellat) directum, oſtendit rurſum, in via lactea, duas, tres vel quatuor clariſſimas ſtellas in ctiſſimo ſpatio collocatas.

Quis vero credidiſſet Fixarum numerum eſſe decuplo t forte vigecuplo majorem eo qui eſt in Ptolemaica xarum deſcriptione, ſi abſque hoc inſtrumento fuiſſet? t unde quæſo argumentum petamus de fine ſeu termino ujus mundi aſpectabilis, quod is ſit ipſa ſphæra fixam, niſi ab hac ipſa fixarum multitudine perſpillco decta, quæ eſt veluti quædam concameratio mundi miilis?

Quantum etiam Aſtronomus erret in determinanda ixarum magnitudine, niſi Perſpicilli uſu ſtellas de novo ſtret, videre eſt itidem apud Galilæum; & infra etiam Germani cujuſdam literas in teſtimonium producemus.

Sed omnem admirationem ſuperat illud caput Num
Siderei, ubi Perſpicilli perfectiſſimi beneficio alter nobis
lut mundus Jovialis detectus narratur : & mens Philoſop
non ſine ſtupore conſiderat, eſſe ingentem aliquem globu
qui mole corporis quatuordecim globos terreſtres adæqu
(niſi hic Galilæi perſpicillum nobis limatius aliquid B
heanis commenſurationibus brevi proferet) circa quem
quatuor Lunæ noſtræ huic Lunæ non abſimiles circumcu
rant; tardiſſima ſpatio dierum quatuordecim noſtratiu
ut Galilæus prodidit; proxima ab illa, ſed maxime omniu
conſpicua, ſpatio dierum octo, ut ego ſuperiori Aprili
Maio deprehendi; reliquæ duæ multo adhuc breviori ten
poris curriculo : ubi Ratio ex meis de Marte commentar
ad cauſam ſimilem accerſita, ſuadet ſtatuere etiam ipſum J
vis globum convolvi rapidiſſime, & proculdubio celeri
quam in unius diei noſtratis ſpatio : ut hanc globi maxim
convolutionem circa ſuum axem, quatuor illarum Lun
rum perennes circuitus in plagam eandem conſequantu
Atque illis quidem locis Sol hic noſter, communis & h
jus terreſtris & illius Jovialis mundi focus, quem nos t
centum plurimum minutorum eſſe cenſemus, vix ſena aut ſ
ptena minuta implet; interimque duodecim noſtratiu
annorum ſpatio Zodiacum emenſus apud eaſdem ru
ſum fixas deprehenditur. Itaque quæ in illo Jovis gl
bo degunt creaturæ, dum illa quatuor Lunarum breviſ
ma per fixas curricula contemplantur, dum quotidie ori
entes occidenteſque & ipſas & Solem aſpiciunt, Joven
lapidem jurarent, (nuper enim ex illis regionibus reverſu
adſum) ſuum illum Jovis globum quieſcere uno loco im
mobilē, Fixas vero & Solem, quæ corpora revera quieſcunt
non minus quam illas ſuas quatuor Lunas multiplici motu
um varietate circa ſuum illud domicilium converti. Ex qu
exemplo multo jam magis quam prius exemplo Lunæ diſce
Samiæ philoſophiæ cultor, quid abſurditatem dogmatis de
motu Telluris objicienti viſuſq; noſtri teſtimonium alle
ganti reſponderi poſſit. O multiſcium, & quovis ſceptro
pretioſius Perſpicillum! au, qui te dextra tenet, ille non Rex,

non

on Dominus constituatur operum Dei? Vere tu

Quod supra caput est, magnos cum motibus orbes,
Subjicis ingenio.

Si quis paulo æquior Copernico & Samiæ philosophiæ minibus hic solum hæret, dubitans qui fieri possit ut erra medium planetarum iter per campos æthereos teren-, Luna illi tam constanter velut individuus comes adhæat, interimque & globum ipsum Telluris circumvolitet, in orem fidæ caniculæ quæ viatorem dominum variis ambabus nunc antecursitando, nunc ad latera evagando, cinit; is Jovem aspiciat, qui, monstrante hoc Perspicillo, non um talem comitem, ut Terra Copernico, sed omnino uatuor secum certe trahit, nunquam ipsum deserentes, inimque suam singulos circulationem urgentes. Sed de his tis dictum in Dissertatione cum Nuncio Sidereo. Tempus t ut ad illa me vertam quæ post editum Nuncium Sidere-, postque dissertationem cum illo meam Perspicilli hujus u patefacta sunt.

Annus jam vertitur ex quo Galilæus Pragam perscripsit, novi quid in cœlo præter priora deprehendisse. Et ne exteret qui obtrectationis studio priorem se spectatorem nditaret, spatium dedit propalandi quæ quisque nova visset: ipse interim suum inventum literis transpositis in hunc odum descripsit.

S m a i s m r m i l m e p o e t a l e u m i d u n e n u g t t a i r a s.

Ex hisce literis ego versum confeci semibarbarum, quem arratiunculæ meæ inserui, mense Septembri superioris anni.

Salve umbistineum geminatum Martia proles. Sed lonime à sententia literarum aberravi; nihil illa de Marte ntinebat. Et ne lector detineam, en detectionem Gryi, ipsius Galilæi authoris verbis.

Di Firenze li 13 di 9bre 1610.

Ma passando ad altro gia che il. S. Keplero ha in questa a ultima narratione stampate le lettere che io mandai à . S. Ill^ma trasposte: venendo mi anco significato, come M^a. ne desidera il senso; ecco che io lo mando à V. S. Ill^ma,

S.Ill^ma, per participarlo con S.M^a. con S.Keplero & con d piacera à V.S. Ill^ma, bramanda io che lo sapi ogn' uno. I lettere donque compinate nel loro vero senso dicono cosi

Altissimum planetam tergeminum observavi. Questo che Saturno con mia grand^ma ammiratione ho osserva essere non una stella sola, ma tre insieme, le quale quas toccano: sona tra di loro totalmente immobili, & co stituite in questa guisa oOo. Quella di mezzo è assai p grande delle laterali: sono situate una da oriente, & altra da occidente, nella med^ma linea retta à capello: ne sono giustamente secundo la drittura del Zodiaco, ma occidentale si eleva aliquanto verso Borea; forse sono par lele all' Equinotiale. Se si riguarderanno con un' Occhia che non sia di grand^ma multiplicazione, non appariranno stelle ben distinte, ma parrà che Saturno sia una stel lunghetta in forma di una uliva, cosi, ○. Ma servet dosi di un' Occhiale che multiplichi piu di mille volte superficie, si vedranno li 3 globi distintissimi, & che qua si toccano, non apparendo tra essi maggior divisione di sottil filo oscuro. Hor' ecco trovata la corte à Giove, due servi a questo vecchio, che l' aiutano à camminare, mai se gli staccano dal fianco: intorno à gl' altri Piane non ci è novita alcuna. Etc.

Hæc etsi parum abeunt à Latina dictione, vertam tame ne quid lectorem remoretur. Sic igitur ille: Sed ut ad a terum caput jam veniam. Quod D. Keplerus in illa sua Na ratione nupera typis exhibuit literas, quas ego transposit ad Illustr. D. T. misi, cum & significatum mihi sit, cup re M. suam doceri sensum illarum; en illum ad Ill. D. T transmitto, ut communicet eum cum M. S. cum D. Kepl ro & quocum voluerit.

Literæ itaque inter se connexæ, ut oportet, hoc dicun

Altissimum planetam tergeminum observavi. Nimirut Saturnum summa cum admiratione deprehendi non unat solam esse stellam, sed tres inter se proximas, adeo ut se se mutuo quasi contingant. Immobiles sunt inter se prot sus, & compositæ in hunc modum, oOo. Earum medi

mul

ulto est major extremis. Sitæ sunt ad orientem una, al-
ra ad occidentem, in una recta linea ad pilum: Non ta-
en exacte secundum longitudinem Zodiaci, occidentali-
enim assurgit nonnihil versus Boream; forte sunt Æqui-
ctiali parallelæ. Si aspexeris illas per Oculare quod
n plurimum multiplicat, non apparebunt bene inter se
stinctæ stellæ; sed videbitur stella Saturni longiuscula,
rma Olivæ, sic, ○. At si usus fueris Oculari quod
us quam millies multiplicat superficiem, apparebunt tres
obi distinctissime, & qui sese quasi tangant invicem; nec
us dirempti à se mutuo censebuntur, quam tenuissimi &
conspicui fili latitudine. Atque en inventum Jovi fa-
litium, Seniculo vero decrepito duos servos, qui incessum
us adjutent, nunquam à lateribus illius discedentes. Circa
liquos Planetas novi nihil comperi.

Hæc Galilæus. At ego si habeam arbitrium, non ex Sa-
no filicernium, ex sociis globulis servulos illi fecero; sed
tius ex tribus illis junctis tricorporem Geryonem, ex
alilæo Herculem, ex Perspicillo clavam, qua Galilæus
natus illum altissimum planetarum & vicit, & ex peni-
simis naturæ adytis extractum inque Terras detractum
strum omnium oculis exposuit. Lubet equidem nido
tecto, contemplando quærere quales in illo aviculæ;
alis vita, si qua vita, inter binos & binos globos sese mu-
pene contingentes, ubi non

Tres cœli spatium pateat non amplius ulnas, sed vix la-
n unguem in circulum undique dehiscat. An vere Astro-
gi Saturno tutelam metallariorum transcribunt, qui
alparum instar sub terris degere assueti liberum raro hau-
int aerem sub dio? Etsi paulo tolerabiliores hic tene-
æ, quia Sol, qui tantus illis apparet quanta nobis in Ter-
Venus, radios per discrimina globorum perpetuo trajicit,
eo ut qui in globum alterum insistunt, à reliquo ve-
à laqueari tecti; illi ab hujus sui tecti eminentiis, in
em Solis exporrectis, veluti à quibusdam titionibus de-
per illuminentur. Sed adducenda fræna menti liberis

ætheris

theris campis potitæ ; si quid fortasse posteriores observationes diversum ab illa priore narratione, & immutatum tempore, renuncient.

Videbatur sibi Galilæus in fine Epistolæ finem imposuisse narrationibus de planetis, noviisque circa eos observationibus. At semper perspicax Oculus ille factitius, Perspicillum dico, brevi plura detexit : de quibus lege & sequentem Galilæi Epistolam.

Di Firenza le 11 di xbris 1610.

Sto con desiderio, attendenda la risposta à due mie scritte ultimamente, per sentire quello che havera detto il S. Keplero della stravaganza di Saturno. Si tanto gli mandò la cifera di un altro particolare osservato da me novamente, il quale se tira dietro la decisione di grandissime controversie in Astronomia, & in particolare contienne in se un gagliardo argomento per la constitutione Pythagorica & Copernicana ; & à suo tempo publichero la decisferatione & altri particolari. Spero che havero trovato il metodo per definire i periodi de i quatro pianeti Medicei, stimati con gran ragione quasi inesplicabili dal S. Keplero, al qual piacera, &c.

Le Lettere trasposte sono queste,

Hæc immatura à me jam frustra leguntur, o.y. Latine sic

Exspecto cum desiderio responsum ad postremas duas, ut rescíscam quid Keplerus de Saturniæ stellæ miraculo dicat.

Interim mitto illi gryphum novæ cujusdam eximiæque observationis, quæ facit ad decisionem magnarum in Astronomia controversiarum, & in specie continet in se pulchrum argumentum pro Constitutione Mundi Pythagorica & Copernicana ; tempore suo aperiam solutionem gryphi & singularia nonnulla alia. Spero inventam à me Methodum definiendi periodos quatuor Mediceorum, quas Keplerus non sine summa ratione existimavit inexplicabiles, &c.

Literæ transpositæ sunt istæ,

Hæc immatura à me jam frustra leguntur, o y.

Hactenus Galilæus. Quod si te lector hæc epistola desiderio

derio implevit cognoscendi sententiam literis illis compre-
ensam ; age & sequentem Galilæi legas Epistolam.

Prius tamen velim obiter animadvertas, quid Galilæus
licat constitutionem mundi Pythagoricam & Copernica-
am. Digitum enim intendit in meum Mysterium cosmo-
raphicum, ante annos 14 editum, in quo Orbium Plane-
ariorum dimensiones ex Astronomia Copernici desumpsi,
ui Solem in medio stabilem, Terram & circa Solem &
irca suum axem facit mobilem : Illorum vero Orbium in-
ervalla ostendi respondere quinque Figuris regularibus Py-
hagoricis, jam olim ab hoc authore inter Elementa mun-
i distributis pulchro magis quam felici aut legitimo cona-
u; & quarum figurarum causa Euclides totam suam geo-
netriam scripsit.

Itaque in illo Mysterio reperire est combinationem quan-
am Astronomiæ & Geometriæ Euclideæ; & per hanc
triusque consummationem & perfectionem absolutissi-
nam. Quæ causa fuit, cur magno cum desiderio exspectarem
ualenam Galilæus argumentum esset allaturus pro hac
undi constitutione Pythagorica. Sequitur igitur de hoc
rgumento Galilæi Epistola.

Ill^mo & Rev^mo Sig^re mio Col^mo.

E tempo che io deciferi à V. S. Ill^ma & R^ma & per lei
l S. Keplero le lettere trasposte, le quali alcune settimane
ono gli inviai ; è tempo dico gia, che sono interissima men-
e chiaro del verita del fatto, si che non ci resta un minimo
crupulo ò dubbio. Sapranno dunque come circa 3 mesi
a vedendosi Venere vespertina la comminciai ad osservare
diligentemente con l' occhiale, per veder col senso stesso
quello di che non dubitava l' intelletto. La vedi dunque sul
principio di figura rotonda, pulita & terminata, ma molto
piccola; di tal figura si mantenne fino che commincio ad
auvicinarsi alla sua massima digressione, tutta via ando
crescendo in mole. Commincio poi à mancare dalla ro-
tondita nella sua parte Orientale & aversa il sole, & in pochi
giorni si riduse ad essere un mezo cerchio perfettissimo;

&

& tale si mantenne senza punto alterarsi sin che incommin
cio à ritirarsi verso il sole allontanandosi dalla tangente
hora va calando dal mezo cerchio, etsi mostra cornicola
ta, & andarà assottigliandosi sino al occultazione, riducen
dosi allora con corne sottilissime. Quindi passando ad appa
rizione mattutina, la vedremo pur falcata & sobtilissima &
con le corne averse al sole, ande, à poi crescendo sino all
massima digressione, doue sarà semicircolare, & tale senza
alterarsi si manterra molti giorni: & poi dal mezo cer
chio passera prest altutto tondo, & cosi rotonda si conser
vera poi per molti mesi, ma è il suo diametro adesso circ
cinque volte maggiore di quello chosi mostrava nella sua
prima apparizione vespertina. Della quale mirabile esperi
enza haviamo sensata & certa dimonstrazione di due gran
questioni stati sin qui dubbie tra maggiori ingegni del mon
do. L'una è che i pianeti tutti sono di loro natura tenebrosi
(accadendo anco à Mercurio 'stesso che à Venere.) L'alte
ra, che Venere necessariissimamente si volge intorno al Sole,
come anco Mercurio, & tutti li alteri pianeti; cosa ben cre
duta dai Pittagorici, Copernico, Keplero, & me, ma non sen
satamente provata, come hora in Venere & in Mercurio.
Haveranno dunque il Sig. Kep. & gli alteri Copernicani da
gloriarsi di havere creduto & filosofato bene, se bene si è
roccato, & ci è per toccare ancora ad esser reputati dal'
universalita de i filosofi in libris, per poco intendenti, &
poco meno che stolli. Le parole dunque che mandai tral-
poste, & che dicevano,

Hæc immatura à me jam frustra leguntur, o. y. ordina-
te. Cynthiæ figuras æmulatur mater amorum. Cioè, che
Venere imita le figure della Luna.

Osservai 3 notti sono l' ecliss̃e, nella quale non vi è cosa
notabile, solo si vede il taglio del ombra indistinto, confu-
so, & comme annobiato, & questo per derivare essa ombra
da la Terra lontanissimamente da essa)

Voleva scrivere altri particolari. Ma sendo stato tratte-
nuto multo da alcuni gentilhuomini, & essendo l' hora tar-
dissa, son forzato à finire. Favorisca mi salutare in mio no-
me

i S. Kep. Asdale & Segheti, & a V. S. Illma con ogni
a bacio le mani, & dal S. Dio gli prego felicita. Di Fi-
za il primo di Gennaio Anno 1611.

Di V. S. Illma & Revma
Serre Obligmo

Galilæo Galilæi.

HæcEpistola Galilæi, cujus summam cape Latinis verbis. Tempus est ut aperiam rationem legendi literas, quas aliquot septimanas misi transpositas. Tempus inquam nc est, postquam de re ipsa sum certissimus factus, sic ut tantillum amplius dubitem. Scias igitur quod circiter s menses à quibus Veneris stella videri potuit, inceperim Oculare ad illam cum diligentia respicere; ut quod nte tenebam indubium, ipso etiam sensu comprehende-n. Principio igitur Venus apparuit figura circulari perfe-, eaque exacta & evidenti termino inclusa, verum exili modum: hanc figuram Venus retinuit tantisper dum cœ- appropinquare maximæ suæ digressioni à Sole, interim-e continue crescebat mole corporis apparenti. Ex eo cœ- à rotunditate deficere à plaga Orientis, quæ à Sole erat ersa, & intra paucos dies collegit omnem speciem intra nicirculum perfectissimum: ea figura durabat sine muta-ne vel minima quoad usque cœpit sese ad Solem recipere, serta Tangente sui Epicycli; hoc jam tempore magis agisque deficit à figura semicirculari, pergetque diminu-do illam usque ad suam occultationem, quando in sub-ssimum cornu deficiet. Ex eo transitu facto ad apparitio-m matutinam apparebit nobis tantummodo falcata, & btilissimo cum cornu à Sole aversa; postea magis magisque mplebitur cornu usque ad maximam digressionem à Sole, qua semicirculus apparebit, eaque figura sine notabili va-ation durabit dies multos: deinde ex semicirculari pau-tim totum implebit orbem, eamque perfecte circularem guram in menses bene multos conservabit. Cæterum in præsens diameter corporis Veneris circiter quinque vicibus

major

major est ea quam monstravit in prima apparitione Vespertina. Ex hac mirabili observatione suppetit nobis certissima & sensu ipso perceptibilis demonstratio duarum maximarum quæstionum, quæ ad hunc usque diem à maximis ingeniis agitabantur in partem utramque. Una est, quod planetæ omnes natura sua tenebrosa sunt corpora (ut de Mercurio jam eadem concipiamus quæ de Venere;) altera, quod summa nos urget necessitas ut dicamus, Venerem (insuperque & Mercurium) circa Solem circumferri, ut & reliqui omnes planetæ: res credita quidem Pythagoricis, Copernico & Keplero nunquam vero sensu comprobata, ut nunc in Venere & Mercurio. Habent igitur Keplerus & reliqui Copernicani quo glorientur se bene philosophatos esse, nec vanam esse eorum credulitatem: quantumvis evenerit illis, positque evenire etiam porro, ut à Philosophis hujus temporis, qui in libris philosophantur, universali cõsensu stupidi & paulo minus quam fatui reputentur.

Argumentum authoris de situ Veneris & Mercurii orbium circa Solem, qualis est in constitutione Mundi Copernicana & Pythagorica, simpliciter accipio; nec quicquam addo, nisi quod Penæ gratulor, qui idem supra alio imbecilliori argumento probaverat.

Dictiones igitur quas misi literis transposítis, & quæ sic dicebant, [*Hæc immatura à me jam frustra leguntur, o. y.*] redactæ in suum ordinem sic sonant, [*Cynthiæ figuras æmulatur mater amorum*] id est, Venus imitatur figuras Lunæ.

Tres noctes sunt cum observavi Eclipsin Lunæ, in qua non occurrit notabile quippiam. Tantummodo meta umbræ indistincta, confusa & veluti obnubilata apparuit; causa quia consurgit umbra à Terra, longissime à Lunæ corpore.

Habebam & alia singularia, sed impedior quo minus de iis scribam, &c. Hactenus Galilæus.

Quid nunc, amice lector, ex Perspicillo nostro faciemus? num Mercurii caduceum, quo freti liquidum tranemus æthera, & cum Luciano coloniam deducamus in desertum Hesperum, amœnitate regionis illecti? An magis sagittam Cupidinis, qua per oculos illapsa mens intima vulnere accepto in Veneris amorem exardescat? Nam quid ego non dicam

dicam de admirabili hujus globi pulchritudine, si proprio lumine carens, solo Solis mutuatitio lumine in tantum splendorem datur, quantum non habet Jupiter, non Luna æquali secum Solis vicinitate gaudens, cujus lumen si ad Veneris lumen comparetur, majus quidem, ob apparentem corporis magnitudinem, at iners, mortuum & veluti plumbeum videbitur? O vere auream Venerem! quisquamne dubitabit amplius, totum Veneris globum ex puro puto auro politissime fabrefactum, cujus in Sole posita superficies adeo vegetum revibrat splendorem? Accedant nunc mea experimenta de alterabili Veneris lumine ad nictum oculi, quæ in Astronomiæ parte optica recensui: Ratio nihil aliud colligere poterit nisi hoc, Veneris stellam rapidissima gyratione circa suum axem convolvi, differentes suæ superficiei partes & luminis solaris minus magisque receptivas alias post alias explicantem.

Lubet vero etiam Astrologorum cum voluptate mirari solertiam, qui à tot jam seculis exploratum habebant, Amores & fastus amasiorum, moresque & ingenia amantium ab hac Veneris stella gubernari. Scilicet Venus cornuta non sit, quæ tot cornutos quotidie efficit, quoties ad exoptatos amplexus sese demittens, subito ex oculis & libero conspectu amantis sub fastuosos Solis radios, velut ad alterũ virum, recurrit frustrata amantium desideria. Mirum equidem erat Venerem non ipsam etiam, ut Lunam, πάντα δαμᾶς, cum amores Venerei sola & unica pariendi causa sint. Ecce igitur ut formosissima stellarum, perfecto circulo sui aspectus, veluti quodam fœtu maturo depositò, sese demittat ad imum Epicycli sui, adque viciniam Telluris, inanis & in cornu attenuata, veluti novæ prolis concipiendæ causa; & postquam Soli copulata fuerit, ipsa Soli veluti viro suo inferiori loco sese subjiciens, ut fert mos & natura fœminarũ, exinde paulatim ex altero latere sese rursum tollat in altũ, & magis atq; magis, veluti imprægnata, intumescat; donec decimo menie à conceptione (tantum enim plane interest inter binas conjunctiones ☉ & ♀) plenum uterum, plenum inquam aspectus sui circulum, in summitatem Epicycli, supraque

Solem adducat, eique rursum conjuncta, veluti genuino patri fœtum suum domum referat.

Sed satis ratiocinationum mearum. Audiamus nunc Epilogi loco etiam Galilæi Ratiocinationem ex omnibus quæ attulit Perspicilli experimentis exstructam. Sic ille denuo:

Illmo & Revmo Sigre Colmo.

Ho ricevuto gusto & contento particolarisſ. nella lettura dell' ultima di V. S. Illma & Revma delli 7 stante, & in particolare in quella parte dove ella mi accenna la favorevole inclinazione dell' Illmo Sig. Cons. Wackher verso di me; la quale io infinitamente stimo & apprezo: & poi che quella ha principalmente origine dall' havere in incontrati osservazioni necessariamente dimostrati conclusioni per avanti tenuti vere da sua Sig. Ill. per confermarmi maggiormente il possesso di gratia tanto pregiata da me, prego V. S. Illma à fargli intendere per mia parte, come conforme alla credenza di Sigre Illma ho demostratione certa, che si come tutti i Pianeti ricevono il lume dal Sole essendo per se stessi tenebrosi & opachi; cosi le stelle fisse resplendono per loro natura, non bisognose della illustrazione de i raggi solari, li quali, Dio sa, se arrivano à tanta altezza, piu di quello che arrivia noi il lume di una di esse fisse. Il principale fondamento del mio discorso è nell' osservare io molto evidentemente con l' occhiali, che quelli pianeti di mano in mano che si trovano piu vicini a noi, ò al Sole, ricevono maggiore splendore, & piu illustremente celo riverberano; & percio Marte perigeo, & a noi viciniſſ. si vede assai piu splendido che Giove, benche a quello di mole assai inferiore: & difficilmente se gli puo con l'occhiale levare quella irradiazione, che impedisce il vedere il suo disco terminato & rotondo; il che in Giove non accade, vedendosi esquisitamente circolato. Saturno poi per la sua gran lõtananza si vede essatamẽte terminato, si la stella maggiore di mezo come le due laterale piccoliſſ: & appare il suo lume languido & abacinato, senza niuna irradiazione, che impedisca il distingue i suoi 3 piccoli globi terminatissimi Hora poiche apertissimamente veggiamo, che il sole molto splendidamente illustra Marte vicino, & che molto piu languido

guido è il lume diGiove,(se bene senza lo strumento appare assai chiaro, il che accade per la grandezza & candore della stella) languidissimo & fosco quello di Saturno, come molto piu lontane: quali doveriano apparisci le stelle fisse lontane indicibilmente piu di Saturno, quando il lume loro derivasse dal Sole? Certamente debolissimo, torbido e smorto. Ma tutto l' opposito si vede: pero che se rimireremo per essempio il Cane, incontreremo un fulgore vivissimo, che quasi ci toglie la vista con una vibrazione di raggi tanto fiera & possente, che in comparazione di quello rimangano i pianeti, è duo Giove & Venere stessa, come un impurissimo vetro appresso un limpidissimo & finissimo Diamante. Et benche il disco di esso Cane appariſca non maggiore della cinquantesima parte di quello di Giove, tutta via la sua irradiazione è grande & fiera, in modo che l' istesso globo tra i proprii crini si implica & quasi si perde, & con qualche difficulta si distingue; dove che Giove, e molto piu Saturno, si veggono & terminati, & di una luce languida, & per cosi dire quieta. Et per tanto io stimo che bene filoſoferemo,referendo la causa della scintillazione delle stelle isse,al vibrare che elle fanno dello splendore proprio & nativo dal intima loro sustanza, dove che nella superficie de pianeti termina piu presto,& si finisce la illuminazione,che al Sole deriva & si parte. Se io sentiro qualche particolaequestione ricenata dal medesimo S.Wackher,non restero affaticarmici intorno per dimostrarmi, quale io sono deroſiſſ: di serviri un tanto Signoro, & non gia con speanza di aggiugnere al tormine consequito dal suo discorso, erche benissimo comprendo che à quanto si a passato per il niſſ: cribro del giudizio suo, & del S.Keplero, non si puo ggiugnere di esquisitezza, ne io pretendorei altro che col ubitare è mal filosophare eccitargli al ritrovamento di uovi sottigliezze. Gl'ingegni singolari che in gran numero oriſcono nell' Alemagna mi hanno lungo tempo tenuto in esiderio di vederla, il che desiderio hora si radoppia per a nuova grazia dell' Ill^mo Wackher,la quale mi farebbe diemmi grande ogni piccola occasione che mi si presentasse.

Ma ho di soverchio occupata V. S. Ill^ma & Rev^ma; degnili per fine di offerirmi & dedicarmi devot^mo serv^re all' Ill^mo S. Wackher, salutando anco caramente il S. Keplero, & à lei con ogni reverenza bacio le mani, & dal Sig^re Dio le prego somma felicita. Di Firenza li 26 di Marzo 1611.

Galilæo de' Galilei.

Latino stylo sensus hic est.

Mirifice me delectarunt ultimæ tuæ literæ, præcipue ubi de Illustris D. Consiliarii Cæsarei D. Wagherii benevolo in me animo testantur: quam ego quidem maximi facio. Quæ cum inde sit orta, quod Observationibus Ego nonnullis necessaria ratione demonstravi conclusa quædam quæ ipse pridem pro veris habuerat: ut igitur hanc mihi possessionem gratiæ tam charæ firmiorem efficiam, rogo illi hæc à me nuncies; Esse mihi demonstrationes certissimas in promptu, quod plane, ut ipse tenet, Planetæ quidem omnes lumen à Sole recipiant, ipsi sua natura corpora tenebrosa & opaca; Fixæ vero stellæ proprio & naturali lumine resplendeant, non indigentes illustratione à Solis radiis: quippe qui, an ad fixarum altissimam regionem in tanta etiam claritate pertingant, quantula claritate inde ad nos descendunt fixarum radii, Deus novit. Potissimum ratiocinationis meæ fundamentum in hoc consistit, quod cum Ocular evidenter observavi Planetas, ut quisque quolibet tempore nobis & Soli vicinior fuerit, sic majorem recipere splendorem, & illustrius eundem reverberare: itaque Mars perigæus, terris nimirum vicinissimus, splendore Jovem non exiguo intervallo post se relinquit, quantumvis mole corporis ipsa Jovi longe cedat. Adeoque difficile est radiationem hanc Martis Oculari excipere; tanta enim est, ut impediat visum, quo minus is discum corporis stellæ Martiæ rotundæ terminatum internoscere possit. Id in Jove non usu venit, apparet enim exquisite circularis. Post hunc Saturnus, propter eandem suam eamque longissimam remotionem apparet exactissime terminatus; tam major globus in medio, quam duæ ejus pilulæ minutæ ad latera. Apparet enim lumine lan-

languido & fracto, sine irradiatione tali quæ impediat distinctam trium ejus terminatissimorum globulorum apprehensionem. Cum igitur videamus Martem de propinquo valde splendide illustrari à Sole, Jovis remotioris lumen multo esse languidius, (quantumvis citra instrumenti usum satis id clarum appareat, id quod accidit ei propter magnitudinem & candorem corporis) Saturni remotissimi languidissimum & veluti aqueum: quale, putas, fixarum lumen esset apparituram quæ ineffabili intervallo longius quam Saturnus à Sole absunt, si à Sole tantum illustrarentur? Omnino debilissimum, turbidum & emortuum. Atqui plane contrarium experimur. Lustremus enim oculis, exempli causa, stellam Canis; occurret nobis fulgor vividissimus, qui veluti pungit oculum cum vibratione Radiorum rapidissima, tanti vigoris, ut ad illum comparati planetæ, puta Jupiter, plaque adeo Venus, sic confundantur & deprimantur ut vitrum vilissimum & impurum comparatum ad tersissimum & illustrissimum Adamantem.

Et quamvis stellæ Canis discus non major appareat quinquagesima particula disci Jovis; nihilo secius radiatio ejus est ingens & violenta admodum, adeo ut species ista disci ese intra crines veluti radiationis suæ recondat, implicet, & quasi evanescat, nec nisi cum difficultate aliqua discernatur à circumfusis crinibus: ubi contra Jupiter, & multo magis Saturnus, videntur terminati, & lux eorum languida, &, ut ita dicam, quieta. Quapropter existimo recte nos philosophaturos, si causam scintillationis fixarum referamus ad vibrationem splendoris proprii & nativi, in substantiam earum insiti: viciissim in superficie planetarum dicamus terminari de propinquo illuminationem illam quæ à Sole derivata in mundum dividitur.

Hæc scientifica sunt in Galilæi literis, cætera mitto. Vides igitur, lector studiose, quomodo Galilæi, præstantissimi mehercule philosophi, solertissima mens, Perspicillo hoc nostro, veluti scalis quibusdam usa, ipsa ultima & altissima Mundi aspectabilis mœnia conscendat, omnia coram lustret, indeque ad nostra hæc tugurio-

la, ad globos inquam planetarios, argutissimo ratiocinio despiciat, extima intimis, summa imis solido judicio comparans.

Quia vero nunquam desunt in philosophia Rationum inter se studia aut obtrectationes, multique per Germaniam Germanorum hic testimonia requisituri sunt; age illis de rebus iisdem etiam Germani cujusdam Epistolam exhibeo, ex qua simul & illud patebit, non male factum à Galilæo, quod rerum suarum sagacis, inventa sua mature, per gryphos tamen, Pragam nobiscum communicaverit.

Sic igitur Marius ad communem nostrum Amicum: Interim aliud tento opus; in quo primum immobilitatem Terræ assero, omissis omnino personalibus [a]; sed argumenta solum examinantur contra rationes Copernicanas, quas nostro tempore Keplerus cum Galilæo Patavino Mathematico approbat, & serio sic se habere statuit [b]. Argumenta meæ assertionis ex sacris assumo [c]; astipulante etiam Physica [d] & Astronomia. Deinde refutabitur opinio eorum qui corpora cœlestia adeo monstrosæ molis esse putarunt, & nova verisimilior dimensio quantitatis à me tradetur; qua in re me plurimum juvit instrumentum Belgicum, Perspicillum vulgo vocatum. Tertio demonstrabo Venerem non secus illuminari à Sole, eamque Corniculatam, διχότμων, &c. reddi, prout à fine anni superioris [e] usque in Aprilem præsentis à me ope perspicilli Belgici multoties & diligentissime observata & visa est, quando Venus proxima Terræ erat, cum occidentalis tum orientalis. Quarto agam de novis planetis

[a] *Liberavit Keplerum metu, qui valde scilicet honori suo metuebat, si Marius motui Terræ intercessisset cum sui nominis mentione.*

[b] *Primum victoriæ omen ante pugnam, quod Marius, imperitia hominum, sectæ hujus amplitudinem intra duos restringit, quæ jam pene publica est: nisi flos omnis doctorum hominum intra Academiarum septa sit conclusus.*

[c] *Obsistite Theologi, rem impertinentem aggreditur; authoritatem Scripturæ abusum it.*

[d] *Cernamur agendo.*

[e] *Quo ipso tempore Galilæus Florentia Pragam scripsit de Matre amorum, & hæc Mario sic ordine apparitura jam tunc prædixit.*

tis Jovialibus, qui circa Jovem feruntur, ut planetæ reliqui circa Solem, inæquali tamen interstitio & periodo. Duorum extremorũ periodos jam indagavi, tabulasque construxi, ut inde omni tempore facillime sciri possit quot minutis distent à Jove ad dextram siniſtramve. Hæcque duo capita ultima sunt plane inaudita omni ævo. Forsan alia etiam interim dum laboro occurrent. Hucusque Marius.

Habes igitur, amice lector, confirmatam perspicilli fidem in observatione novorum cœlestium, unius insuper Germani testimonio. Quid impediat igitur me præstantissimo instrumento Panegyricum hoc libello pangere Geometricum, teque, lector, honoris causa, præsenti animo, & non vulgari mentis attentione, dum eum ego recito, interesse? Qua opera & ingenium acues, & causarum perceptione evades in philosophia doctior, ad mechanicam & rerum utilium atq; jucundarum inventionem instructior, denique à mille modis quibus vulgus in errorem solet induci cautior atque tutior. Vale, & hoc præludium æqui bonique consule.

DIOPTRICE,

SIVE

DEMONSTRATIO EORUM QUÆ *Visui & visibilibus propter Conspicilla, hoc est, vitra seu Crystallos pellucidos, accidunt.*

I. DEFINITIO.

Inclinatio super superficiem sumitur de angulo inter perpendicularem superficiei & quemcunque alium radium qui perpendicularem secat in puncto superficii.

II. AXIOMA OPTICUM.

Radii in medium densius in gressi cum inclinatione refringuntur, & refracti intra corpus accedunt versus perpendiculum erectam super densi superficiem in puncto incidentiadii. Iidem egressi ex medio densiori refringuntur, refracti extra corpus densum discedunt ab hac perpendiculari.

III. AXIOMA OPTICUM.

Eadem est refractio radiorum, sive illi natura sua ingrediantur sive egrediantur, vel ut tales considerentur.

IV. PROBLEMA.

Pellucidi corporis duri refractiones artificiose metiri in omni radiorum inclinatione.

Sit

Sit corpus durum pellucidum A E. *Id terminetur un exquisita superficie plana* D E, *ad quam duæ aliæ erigan tur planæ superficies inter se parallelæ, & priori ad angu*



los rectos, quæ sint B A *&* E F. *Huic compara capulu ex quacunque materia, veluti ex ligno, cujus superficiei præsertim interiores, sint bene complanatæ, bina latera fundo* H *assurgentia rectis angulis, ut sint* B E H, *& r liqui recti: & pellucidum angulo extenti in capuli angulu cavum sedeat penitus, eum explens. Promineat autem l tus capuli* D C *ultra terminum lateris pellucidi* D B, *a quantulo spatio* B C, *altitudine vero* B E *sint ambo qualia, & supra sit superficies quasi una pellucidi opaci.*

Quo facto, & corporibus conjunctis, latus D C, *qu particulâ* D B *utrique corpori est commune, objiciatur pe pendiculariter Solis radiis, in quacunque inclinatione pla* B A *ad eosdem radios.*

Sint radii Solis L D, M B, N C. *Ex quibus qui su inter* M B H *&* N C, *quia nullum occurrit ip corpus pellucidum præter aerem, ii trans* B C *tendent directum* M B H, N C K. *Itaque* C B *projiciet umbra* H K *in fundum capuli, & aliquando in ejus latus oppo tum.*

Hic igitur ex proportione B E *altitudinis ad* E H *un bra*

m, habetur declinatio Solis à vertice planitiei BA. m ut BE ad EH, sic Sinus totus ad Tangentem di- tiæ Solis à Vertice plani BA, id est anguli EBH. Qui vero radii Solis cadunt inter MB & LD, ii in siorem pellucidam superficiem BA incidentes, refrin- tur versus perpendicularem BE, & sic MB refringe- in BG, & LD in DI. Et BD trans Crystallum pro- et umbram in GI breviorem. Poterit autem oculis no- i quantitas, si prius fundus capuli divisus fuerit atra- nto in partes certas. Nam corpus, quod fundum tegit, est ucidum.

Rursus igitur, ut BE altitudo ad EG umbram, sic Si- totus ad Tangentem anguli EBG.

Subtracto autem EBG hic invento ab EBH prius in- to, restat GBH, quantitas anguli refractorii in hac in- atione EBH.

V. PROBLEMA.

Refractiones inclinationum majorum, & simul priores via commodius probare.

Fiat ex lamina pellucida satis crassa, utpote dimidii di- crassitudine, corpus cylindraceum. Id sit AG; Cras-



do FA. Perforetur lamina secundum ductum diametri culi, ut sit FA foramen longum per C centrum in G iens, aut loco foraminis regula super Cylindraceo figa-

tur

tur limbus circularis in partes 360, *initio facto ab* E, A E *sit Quadrans. Dirigatur autem foramen vel d ptra* A G *in Solem, & sit lux Solis per* A *ingressa, ult* G, *opposito in loco vel pariete conspicua. Cum igitur se circulus totus una vice illuminetur, quadrante utrinque A porrectus, patet quod ducta contingens per ipsam cylind superficiem in* E, *quæ sit* D E, *parallela sit ad* A G, *& ex Sole veniat, extremus radius existens eorum qui in cyli dri semicirculum incidunt.*

Itaque circumduc stylum opacum super Cylindracea perficie ab A F *usque in* E, *& observa ubi cadat ejus umb in opposito margine circa partes* G B. *Esto ut, cum in ponitur, umbra cadat in* B. *Dimidium ergo circumferen* E B *metitur angulum refractionis radii* D E, *qui habet a clinationem maximam à vertice, quippe tangit Crysta Cylindricam superficiem in* E.

VI. AXIOMA.

Crystalli & vitri refractiones sunt proxime eædem.

VII. AXIOMA.

Crystalli refractiones usque ad tricesimum inclination sunt ad sensum proportionales inclinationibus.

VIII. AXIOMA.

Angulus refractionis in Crystallo est usque ad dictu terminum quam proxime tertia pars inclinationis in aere.

IX. AXIOMA.

Refractio Crystalli maxima est circiter 48. gradus.

X. AXIOMA OPTICUM.

Inclinatio causatur refractionem, & radiorum in eode medio constitutorum inclinationes æquales causantur refractiones seu refractionum angulos æquales; inclinati major, etiam refractionem majorem; nulla, nullam: ho est, perpendicularis non refringitur.

XI. AXI

XI. AXIOMA OPTICUM.

Radii à diverſis punctis lucentibus in idem ſuperficiei enſioris punctum incidentes ſe mutuo ſecant, & incidenti- m ſitus permutatur in refractis, non minus ac ſi ſectio ntingeret ſine refractione.

Probatur in Opt. per X.

XII. PROPOSITIO.

Refractiones exquiſite penſitatæ non ſunt proportionales clinationibus in aere.

Nam per VIII. cum eſt inclinatio 30°. *refractio eſt* 10°. *riplica utrumque. Ergo in hac proportione inclinationi* 0°. *deberetur refractio* 30°. *at experientia per IX.* ut 48°.

XIII. PROPOSITIO.

Nullus radius qui intra corpus Cryſtalli ſuper unam ejus perficiem plus 42°. inclinatur, à vertice poterit illam ſu- rficiem penetrare.

In Schemate ſit corpus cryſtalli A C, *ſuperficies plena* C O, *ſuper hanc inclinetur* A C *plus quam* 42°. *Erit itur* F C A *minor quam* 48°. *Quod ſi* A C *exit in ae- m, refractus in aere foris aut continget ſuperficiem in* O, *aut non continget, ſed elevabitur ſupra eam, ut ſi ſit* G. *At neutrum poſ- ile eſt. Nam per IX. ius* C O *contingentis fractio eſt* 48°. *igitur ius* O C *refractus eſt* H, *interior quam* C A, *ia* F C A *ponitur mi- r quam* 48°. *Quia i- tur* O C *refringi- r in* C H, *non in* C A, *nec igitur* A C *in* C O *re- ngetur per III. ſed nec* G C *in* C A *refringitur. Nam r XI.* G C & O C *in idem* C *punctum venientes ſecant ſe,* G C *ſuperioris quam* O C *refractus ſit inferior quam* H, *non ergo ſuperior* C A *Nequit igitur* A C *tranſire* C.



XVI. PRO-

XIV. PROPOSITIO. PROBLEMA.

Umbras contra Solem projicere.

Præstat hoc cubus crystallinus. Sit enim F O *cubus* B β *Sol*, A ω *corpusculum in superficie cubi* F A. *Radii igitur* B A, β ω, *qui umbram extrinsecus ambientes formant, refringuntur in* A C, ω κ. *Et* C A, κ ω *necessario plus quam* 48°. *elevantur supra puncta superficiei* A *per IX. Cum autem angulus Cubi* A F C *sit rectus,* C A F *sit plus quam* 48°; *erit* F C A *minus quam* 42. *Plus igitur quam* 48°. *& sic plus etiam quam* 42°. *inclinantur* A C *& ω κ à vertice superficiei* C F. *Quare per XIII.* A C ω κ *non penetrabunt superficiem* F C. *Quare*



Optica principia, toti repercutientur in O D *superficie & angulis quidem æqualibus* A C F, D C O. *Et quia* C O D *angulus cubi rectus est, &* D C O (*æqualis ipsi* A C F) *minor quam* 42°. *igitur* C D O *plus erit quam* 48°; *minus igitur quam* 42. *inclinatur à vertice superficiei* D O; *ideoque exire potest in* E. *Sic* κ ♂ *in* ε. *Et sic umbra ipsius* A ω *cadit in* E *contrario situ, sitque Soli propior quam corpus* A ω, *longitudine productis* D E, ♂ ε.

Eodem modo demonstrari potest, si in ω *collocetur erecta turricula,* ω ϑ, *umbræ culmen* E *contra Solem conversum iri.*

XV. PROPOSITIO.

Radii penetrare possunt angulum linearem Prismatis triangulo æquilatero formati ex vitro vel Crystallo.

Sit intra Prisma sectio A B C *æquilatera. Duc ipsi* C *parallelam* D E, *quæ radius aliquis. Dico patere exitum utrobiq; in* D *&* E *in aem. Est enim* A B C, *proinde &* A D E, *gr. Complementum seu stantia à vertice* D *ncti in* D A *superficie* 30°, *minus quam* 42°. *Exibit igitur* E D *in* D F. *Sic am è regione exibit* D E *in* G.



XVI. AXIOMA SENSUALE.

Colores Iridis jucundissimi oriuntur cum refractio est ata: idque tam si oculi transpiciant, quam si Sol transeat.

XVII.

Sole prisma irradiante tria genera radiorum resultant, ncerus, Vitri colore, & Iridis coloribus.

Sit enim F *Sol. Is radiet in* D. *Hic quasi dividitur dii Solaris densitas, quæ nima sui parte repercur in* D I, *& anguli* D I, *æquali ipsi* B D F, illabitur. *Sincerum tur radium, sed tenu- per* D I *vibrat in* I. ncerus est, *quia in vitro ctus non est, cujus cor- non ingreditur.*



Potior autem pars de densitate ipsius F D *penetrat* D *& fringitur in* D E. *In* E *vero rursum dividitur, ratione nsitatis. Potior enim pars transit* E, *& propter geminam gnam refractionem colores Iridis jaculatur in* G.

Residuum ipsius D E *tenue admodum repercutitur à superficie* A C *in* E M; *quod si* D E *paulo obliquius in* A E *incidit,*

incidit, obliquius igitur in E M *refringitur quam hic. Nam si minuas* D E A, *erit & minuendus* M E C, *ex lege repercussus. Et sic denique* E M *in* B C *rectus incidet, itaque nihil in* M *refringetur. Cum autem* F D *hoc pacto bis pertranſierit corpus vitri, quippe ſemel in* D E, *iterum in* E M, *exiens recta per* M, *radium vitri colore jaculatur in* K, *rectius tamen è regione ipſius* A. *Nam docemur e Opticis, radios lucidos tingi in mediis coloratis.*

XVIII. PROPOSITIO.

Si Cryſtallini vel vitrei corporis angulus rectus fuerit, ille inter oculum & viſibile poſitus non tranſmittet radios viſibiles ad oculum, ſed ſuperficies Cryſtalli contra viſibile poſita putabitur opaca, & colorata colore corporis.

Sit enim radius C A *intra corpus; is aut æqualiter inclinabitur ſuper ſuperficies* F C, F A, *aut inæqualiter.*



æqualiter, plus igitur qua... 42°. inclinabitur, quip... 45°. non igitur tranſib... vel unam vel alteram p... XIII. Quod ſi inaqu... liter, demonſtratum e... Pro. XIII. quod una ... earum non tranſeat. N... tranſit igitur ullus radi... ſimul utramque ſuperficiem recti anguli Cryſtallini co... poris.

XIX. AXIOMA OPTICUM.

Locus rei æſtimatur ex plaga in quam viſorius radius e... oculo primum exit; quicquid jam in medio itinere int... rem & oculum in hac plaga per refractionem radii mutetu... Quia nequit oculus percipere quid radiis per occurſum m... diorum extra ſe accidat; ſed putat illos pergere in eandem ſemper plagam, uti cœperant.

XX. PRO...

XX. PROPOSITIO.

Prismatis angulo supino quæ sunt contra, videntur supra, prono infra, dextro dextra, sinistro sinistra.

Resumatur prior delineatio Prop. XVII. & esto supinus A, *Oculus* F. *Ergo* F D *fertur in* D E, *& in* D 20°. *gradibus* (*per XVI.*) *declinat à via* D H. *Amplius* D E *fertur in* E G, *per alios* 20°. *declinans à via* D E, *& sic per* 40°. *à via* F D H, *quod est pene semissis Anguli recti. Cum tamen oculus* F, *quæ sunt in* G *infra, putet se videre in* H *supra, per XIX.*

Hactenus de plano Crystallo: nunc de Curvilineis: Primum de Luce.

XXI. DEFINITIO.

Motus lucis ad locum exprimatur voce vergere. Convergere dicuntur radii, quando progrediendo à fonte coeunt inter se magis & magis. Divergere quando à fonte progrediendo digrediuntur magis & magis à se invicem. Itaque qui convergunt, ii post concursum sectione facta porro divergunt.

XXII. DEFINITIO.

Puncta radiantia longinqua vel remota dicuntur, quæ tanto absunt intervallo, ut pupillæ oculi diameter ad illud collata evanescat: propinqua vero, quando sensibilis est proportio pupillaris diametri ad intervallum.

XXIII. POSTULATUM.

Punctum aliquod rei visibilis longinquum licet radiet in orbem undique, respecta tamen oculi aut Perspicilli, ad quorum diametros distantia nullam habet sensibilem proportionem, radios extrema oculi vel perspicilli contingentes ponitur mittere parallelos, quorum unus solus perpendicularis esse potest in occurrentem superficiem curvam.

XXIV. DEFINITIO.

Unius ergo puncti de re visibili propinqua radii divergunt versus pupillam oculi: plurium vero punctorum de quocunque visibili radii singuli convergunt versus centrum visus. Et hoc si radiatio sit libera. Valde igitur notandum, quando de radiatione agatur unius puncti, & quando de plurium punctorum radiationibus inter se comparatis.

CD, CA, CE *divergunt versus oculum* D E; *sic etiam* B D, B A, B E, *& omnes medii. At* BA, CA, *convergunt versus centrum oculi* A.

De Lente.

XXV. DEFINITIO.

Lens e vitrum aut crystallus in forma disci orbicularis, latior quam profundior.

XXVI.

Convexa lens est, quæ vel utraque, vel una sola superficie convexa est, reliqua plana.

Idem intellige de cava. Utraque etiam communi vocabulo Pura dicatur.

XXVII.

Mixta quæ altera superficie est convexa, reliqua cava; perfecto utrimque circulo: quæ scilicet est Puris opposita.

XXVIII.

Convexum, cavum, mixtum, in genere Neutro intelligitur Perspicillum, vitrum, corpus, &c. sonatque idem quod lens convexa, cava, mixta, &c.

XXIX.

Alia est magnitudo lentis per se, alia convexitatis aut cavitatis

vitatis in lente. Illa corporis est magnitudo, hæc figuræ.

XXX.

Hæc ipsius corporis magnitudo geminum habet respectum. Aut enim est absoluta, ut cum ipsi lentium orbes seu disci æstimantur, interque se comparantur: aut refertur ad circulum suæ convexitatis; quota nimirum pars sit lens de suæ convexitatis circulo.

XXXI.

Convexum aut cavum parvo vel magno circulo, sive convexum aut cavum parvi vel magni circuli, intelligitur non de corpore, sed de figura & conformatione.

XXXII.

Parvi circuli convexitas aut cavitas est magna; magni parva.

XXXIII. POSTULATUM.

Ut convexi, concavi, vel mixti superficies utraque centrum sui circuli habeat in eadem linea quæ per medium lentis umbilicum transeat.

Lentis concursus.

XXXIV. PROPOSITIO.

Si punctum mittit parallelos in lentem convexam portionis minoris quam sunt 30°. perpendiculariter objectam, si nihil præterea accidat radiis quam quod in ingressu refringuntur; tunc manente solo illo radio irrefracto qui per centrum transit sphæræ, perpendiculariter incidens in superficiem, cæteri refractionem passi concurrunt cum perpendiculari post sesquidiametrum sphæræ circiter.

Sit aliquod punctum longinquum, quod irradiet sphæ- *Crystallinæ portionem* B D. *Et sit* B C D *minor* 30°. *adiatio igitur erit parallela per XXIII. Horum ra-* *iorum solus* I C *sit perpendicularis, quippe per centrum* A *ansiens.*



Sumatur præter perpendicularem I C, *unus parallelorum in aere, quicunque is sit,* HG. *Quia ergo* H G *oblique incidit in superficiem* BGC, *per II, refringetur versus perpendicularem ex* G *puncto incidentiæ, quæ sit* GA, *sic ut infra* G *non amplius paralleli sint* I C *&* HG. *Concurrent igitur. Sit concursus in* F, *& HG in* G F *refringatur. Nam ipsi* H G *post* G *nihil amplius accidere fingitur. Dico igitur* A F *esse ipsius* C A *Diplam, & sic esse diametrum sphæræ* B C D. *Inclinatur enim* H G, *qui est parallelus perpendiculari* I C, *quantitate anguli* GAC. *Quod si refractio esset æqualis inclinationi, tunc* H G *in* GA, *scilicet in centrum ipsum, refringeretur. Sed qua refractio non est æqualis, nec est tres tertia partes inclinationis, secunda tertia, per VIII, ergo refractus* GF *à* GA *declinat duabus tertiis inclinationis* G A C. *Est ergo* F G A *de* G A C *duæ tertia: At juncti* A G F *&* A F G *æquant* G A C. *Ergo* G F A *est una tertia ipsius* G A C, *dimidiumque ipsi*

us FGA. *Ut ergo sinus* GFA *dimidii ad* FGA *dupli anguli sinum, ita* GA *ad* AF, *ex doctrina Triangulorum. Sed sinus angulorum minorum quam* 15°. *sunt fere proportionales ipsis angulis seu arcubus. Ergo sunt fere in ratione dupla. Quare etiam* GA *vel* CA *ad* AI *est ut unum ad duo, seu ut semidiameter ad diametrum, & sic* CF *est fere sesquidiameter.*

XXXV. PROPOSITIO.

Si paralleli radii incesserint intra corpus crystalli convexi, ii foris fere diametro convexitatis infra convexum concurrent cum perpendiculari, dummodo portio minor sit quam 30.



Sit corpus Crystalli POR, *terminatum convexo* PQR: *& per hoc corpus incedant aliqui Paralleli, quorum medius & perpendicularis sit* OQ. *Cæterorum unus sit* TR. *Dico primum* TR *in* RS *foras refringi angulo refractionis dimidio minori quam est inclinatio: ut quia* SRX, TRO, *sunt inclinationes radiorum* SR, *&* TR; *qualium igitur* TRO *habet partes duas, talium* SRX *habere tres. Est enim refractionis angulus tertia pars inclinationis, per VIII. Cum igitur* SR *in ingressu refringatur in* RT; RT *etiam in exitu re-*

fringetur in S R *per III. Dimidium igitur inclinationis* T R O *est refractio ipsius* T R, *cum è denso exit. Dico amplius,* R S *integra fere diametro circuli* P Q R *concurrere cum* O Q. *Nam* R S O *est quantitas refractionis, & dimidium ipsius* T R O, *vel* R O S, *tertia pars ipsius* X R S. *Ut vero sinus anguli* X R S *ad sinum anguli* R S O, *sic* O S *ad* O R. *Sed sinus graduum tam paucorum proxime se habent ut arcus. Ergo sinus* X R S *est proxime triplus ad sinum* R S O. *Quare &* O S *tripla est ad* O R *vel* O Q. *Cum igitur* O Q *sit semidiameter, erit* Q S *diameter fere.*

XXXVI. PROPOSITIO.

Si Radii intra corpus densum non sunt paralleli, sed versus convexum densi terminum convergant, in breviori distantia à convexo quam est diameter convexitatis, ad punctum confluent.

Convergant enim O Q *&* L N *versus* Q N. *Et sit ipsius* Q O *parallelus* N Z, *refractus in* N S. *Secant ergo se mutuo* L N *&* Z N. *Ergo refractus ipsius* L N *exterioris quam* Z N, *sit interior quam* N S, *refractus ipsius* Z N, *per XI. Concurrit ergo cum* Q S, *supra* S, *puta in* M. *Et* Q M *est brevior quam diameter* Q S.

XXXVII. PROPOSITIO.

Si punctum radians propius fuerit convexo diametro convexitatis, radii ejus puncti refracti intus in corpore denso non paralleli futuri sunt, sed divergent.

Existente enim Q S *diametro convexitatis, sit* M *punctum radians propius lenti quam* S, *& radii* M N, M Q *divergentes. Divergent igitur etiam eorum refracti* N L, Q O, *versus* L O, *ut Prop. priori per XI, etsi eorum est, eos paulo minus divergere.*

Hactenus solitarie de unica superficie convexa Lentis : jam de Lente tota.

XXXVIII. PROPOSITIO.

Radii ex uno radiante puncto paralleli in lentem Crystallinam

linam vel vitream utrinq; convexam perpendiculariter objectam incidentes, propius post lentem concurrunt ad unum punctum quam est diameter circuli qui format aversam superficiem, & propius quam sesquidiameter obversæ.

Sit lens DG *utrimq; convexa,* AD GF *perpendicularis per centra convexitatum. Veniant ergo à radioso puncto lon-inquo paralleli quotcunque* AD, CB. *Cum ergo* D, *&* CB, *& quicunque alii sint in aequasi paralleli per* XIII : DG, BE *in crystallo versus* EG *convergent per* XXXIV, *quasi concursuri in* F. *ergo per* XXXVI, *punctum* F, *ad quod ipsius* E *refractus* EF *concurrit, propius erit ipsi* G, *quam est diameter convexitatis* GE, *quæ sit* GS. *Eodem modo cum* DG *&* E *concursuri fuissent sesquidiametro ipsius* BD *convexitatis post* D, *per* XXIV. *si nimirum nihil amplius essent passi, præterquam in* B : *jam*



ver

vero in E *secunda vice frangantur versus perpendicula-rem* GF, *quippe à suo perpendiculari puncti* E, *per II: patet, jam propius quam sesquidiametro ipsius* BD *con-currere. Hæc ideo seorsim demonstranda. Non enim se-quitur, si propius diametro* DS *ipsius* EG *concurrunt, ergo & propius sesquidiametro* DF *ipsius* BD. *Nam po-test illa diameter esse major quam hæc sesquidiameter.*

XXXIX. PROPOSITIO.

Manentibus quæ modo, si convexitas utraque ex eodem circulo fuerit, concursus post lentem fiet in puncto quod abest semidiametro obversi convexi fere, hoc est in cen-tro ejus.

Sint enim in schemate priori BD *&* EG *æquales con-vexitates & centra circulorum* AP. *Secent se circuli in* I, *productis* GI *in* K, *&* DI *in* M. *Et per sectionem* I *perpendiculares ducantur ex centris* AL, PN. *Et per* I *sectionem transeat ipsi* AF *parallelus* HO. *Cum enim* BD *&* EG *in priori propositione parum differant, ponan-tur æquales, & pro iis sumantur vere æquales* DI, GI. *Quia igitur* HI *inclinatur super* DIM, *declinans à perpendiculari* IN *angulo* HIN, *cui æqualis est* OIP *seu* IPD, *refractus igitur ipsius* HI *intra convexitatem tertia parte ipsius* OIP *declinabit ab* OI *versus* IP, *per IIX: atqui* LIO *æqualis est ipsi* NIH, *quia* AI, IP *æquales, &* HIO *ipsi* AP *parallelus. Refractus igitur intra corpus densum veniens, incidet in aversam ejus super-ficiem* KIG, (*cujus perpendicularis per* I *est* AL) *angulo qui tertia parte major est quam* LIO. *Habet igitur re-fractus ille intra corpus crystalli inclinationis in aversa superficie partes quatuor. Exiens vero per* I *in liberum aerem dimidio majorem debet in aere sortiri inclinationem, quia qui ex illo aere incidit in convexum inclinatus, perdit intra corpus tertiam partem inclinationis, per VIII. Ergo inclinatus ille trans lentem in aere habet sex partes, qua-*

lium

ium angulus N I H *vel* L I O *habet partes tres. Duplu. gitur est angulus illius inclinationis ad angulum* L I O *Atqui* L I P *etiam duplus est ad* L I O, *quia* L I O, O I P *quales. Ergo* I P *est ille ab* H I *veniens refractus, & bis uidem refractus, semel in ingressu* I *convexi* D I M, *item um in egressu* I *convexi* G I K. *Quare* P *centrum con vexi obversi* B D I *est locus concursus parallelorum* C B, A D, H I : *si convexitates fuerint æquales. Compara XXXIV, XXXV, XXXVIII. memoriæ causa sic ; Tribus semidiametris post convexum obversum, duabus post aversum, una post utrumque.*

XL. PORISMA.

Patet hinc, si inæquales fuerint convexitates, punctum concursus fore post lentem in distantia quæ inter utriusque convexitatis semidiametros versetur. Major scilicet semidiametro minoris, quia altera superficies est de majori circulo, quæ si de æquali fuisset, semidiametri mensura in hoc intervallo fuisset. Minor vero diametro minoris, quia superficies minoris non est sola. Minor denique semidiametro maioris, quia si superficiei minoris circulus æqualis fuisset, tum demum semidiametri mensura majoris in hoc intervallo fuisset ; nunc autem non æqualis, sed minor est.

XLI. PROPOSITIO.

Longinqui puncti de re visibili radii proxime lentem concurrunt, propinquioris puncti radiorum concursus post lentem est remotior.

Nam per XXXIV, XXXV, XXXVIII. in earum schematibus tribus, Puncto infinite distanti concursus est F, S, *vel* P. *Vicissim puncto radioso ad rem accedente, ut ex longinquo fiat propinquum, & collocato in* F, S *vel* P, *concursus excurrit in infinitum, per easdem & per III. Datis vero extremis dantur & intermedia, ut puncto versante ultra* F, S *vel* P, *concursus radiorum fiat intra infinitum, longinquus tamen sit, quanti sper visibile valde propinquum, & vicissim visibili in longinquum exeunte concursus ipsis* F, S *vel* P *propinquet :*

&

& denique per XXXV. *Si utrimque convexa sit len puncto radioso diametri intervallo absente à lente, co cursus etiam diametro absit, radiis in lente parallelis ex sistentibus.*

Lentis Effecta per se.

XLII. DEFINITIO.

Cum quælibet lens convexa cogat radios unius lucenti puncti ad unum certum punctum, id vero longius post cen trum abeat si lucens propinquum est, quam si longinquum per XLI. quoties igitur concursus punctum nominatur sim pliciter, nihil addito, intelligatur de eo puncto ad quod coguntur & concurrunt radiationes puncti longinqui, scili cet parallelæ.

XLIII. PROBLEMA.

Super albo pariete pingere visibilia lente convexa.

In camera obscura lens convexa obsideat unicam fene stellam. Papyrus ad punctum concursus applicetur. Nam punctum rei visibilis super papyro, omnibus radiis quibus in lentem radiat, rursum in unicum fere punctum colligi tur. Constant vero visibilia punctis infinitis. Infinita igitur talia puncta pingentur super papyro, id est tota rei visibilis superficies.

XLIV.

XLIV. PROPOSITIO.

Pictura lentis inversa est.

Nam lens est basis in quam ſiſtunt bini utrimq; coni: alterius vertex est in puncto vi-ibili, alterius vertex in puncto ictura ſuper papyro.

XLV. PROPOSITIO.

Dicamus talem bigam do-trinæ cauſa Penicillum.

Jam vero penicilli omnes o-mium punctorum in lente ve-t in communi baſi conorum ncurrunt, & tranſita lente rſum divergunt, ſortiun-rque plagas contrarias. In ac pictura penicilli tres ſunt, B, C D, & E F, *concurren-s in lente convexa* G H, *ve-ti in baſi communi.*

XLVI. PROPOSITIO.

Sicut ſe habet Diameter pi-turæ ad ejus diſtantiam à len-, ſic ſe habet diameter rei vi-e ad ejus etiam diſtantiam à nte, fere. Nam axes penicil-orum (rectæ ductæ à puncto iſibili ad punctum picturæ re-pondens) ſecant ſeſe mutuo mnes pene in uno puncto, uod eſt proxime centrū len-is. Ergo anguli κατὰ κορυφὴν equales per XV. primi Euclid. abent etiam baſes cruribus utrimq;

utrimque proportionales, per IV. sexti Euclidis.

XLVII. PROBLEMA.

Semidiametrum convexitatis compendiose indagare, sit lens utrimque convexa, æquali convexitate.

Papyrum applica, ubi res longinquæ pinguntur distinctissime omnium. Nam per XLIII. *papyrus erit in puncto concursus. Ergo per* XXXIX *aberit semidiametro convexitatis à lente.*

XLVIII. PROBLEMA.

Idem indagare, si lens sit hinc convexa, inde plana.

Converte planum lentis versus visibile longinquum, idque perpendiculariter; ut sic radii in ingressu rectangulo nihil frangantur. Et papyrum ibi applica, ubi pingitur visibile distincte. Ergo per XLIII. *papyrus erit in puncto concursus, & per* XXXV. *diametro fere integra convexitatis aberit post lentem.*

XLIX. PROBLEMA.

Lentem æqualis utrimque convexitatis visibili propinquo metiri quantam habeat diametrum convexitas.

Tene lentem medio loco inter papyrum & visibile, idque perpendiculariter & præcise : distantiam vero utrinsque à lente æqualibus incrementis auge vel minue, quoad pictura in papyro fiat distinctissima.

Nam quia visibile super papyro pingitur, papyrus igitur est in puncto concursus radiorum à puncto rei visibilis, per XLVIII. *Quia vero æqualiter absunt visibile & papyrus à lente; radiorum igitur partes intra corpus lentis erunt parallelæ. Si enim non essent parallelæ, nullius radii pars (præter intimi, per lentis umbilicum perpendiculariter ducti) in utramque æqualium superficierum æquali inclinatione incurrerent, neque igitur æqualiter refringeretur per* XVIII. *Quare neque æquali utrinque intervallo à lente cum perpendiculari concurrerent. Cum igitur sint paralleli intra corpus, concursus diametro lentis aberit per XXXV.*

L. PRO-

L. PROBLEMA.

Lente utrimque æqualiter convexa incendere.

Soli perpendiculariter objice lentem; ustile applica in punctо concursus, quod aberit semidiametro convexitatis per XXXVIII. *quia radii centri Solis paralleli sunt per* XXIII.

LI. PROBLEMA.

Idem præstare per lentem altrolique planam.

Fit diametro fere convexitatis post lentem per XXXV.

LII. PROBLIMA.

Lente convexa de nocte literas illustrare ad præsentiam unius claræ stellæ, ut legi possint.

Radiet stella perpendiculariter in lentem. Papyrus sit post lentem cum literis legendis. Si lens est utrimque æqualiter convexa, distantia sit unius semidiametri, per X L I I I. & XXXIX. Sin utrobique plana, diametri, per XXXV. At si inæqualium convexitatum; distantia plus habebit semidiametro minoris, minus diamero, per X L.

LIII. PROBLEMA.

Lente convexa lumen de nocte longissime ejaculari.



Lumen sit post lentem in punctо concursus parallelorum radiorum. Igitur radii luminis divergentes versus lentem, refractione facta paralleli exibunt per XXXIV. XXXV. XXXIX. XL. *Conducit lumen hoc poni in centro speculi concavi, ut radii aversi reflectantur in lumen & per id transeant in lentem. Quod si retraxeris tamen à lente, illuminatio illa fortissima ex infinito propius accedet ad lentem; ita poteris illam moderari ut illumines aliquem locum quantum velis distantem, per XLI.*

LIV. PRO-

LIV. PROBLEMA.

Distantiam rei visibilis lente utrimque æqualiter co vexa metiri unica statione.

Nam si visibile pingitur in distantia papyri à lente m jori quam est diameter convexitatis, visibile minus abe quam diametro convexitatis. Quippe si papyrus aberit di metro, & visibile aberit diametro, per XXXV. *Quare etia si papyrus minus aberit diametro, visibile plus aberit di metro, per* XLI. *Denique si papyrus perfectam habens pictura semidiametro convexitatis notæ absit, res longinqua erit, mensurari amplius non possit picturâ, per XXXIX.*

LV. PROBLEMA.

Idem lentè convexa præstare alia ratione: si nota quantitas rei visibilis.

Fit per XLVI. Nam ut longitudo picturæ ad ejus d stantiam à lente, sic longitudo nota rei visibilis ad ejus di stantiam à lente.

LVI. NOTA.

J. Baptista Porta pollicetur Problema in infinitum com burere per lineam ustoriam: quod ille de speculo tradit alii vero de lente convexa verum esse opinantur. Utrum sequaris, impossibilia aggredieris. Repugnat Optic scientia.

Primo, combustio est propter sectionem radiorum. Secti punctum est, non linea. Secundo, si in infinitum comburit ergo & in ipsa superficie lentis, unde exit: quare lens de struetur. Tertio, si radius acquirit vim comburendi, acqui rit eam ex collectione multorum radiorum in unum. A hoc impossibile est. Unus enim radius in unum etiam pun ctum incidit. At unius puncti in qualibet superficie, un etiam sola est refractio cujusque radii per id punctum tran seuntis. Unus igitur etiam post id punctum radius, non mult distincti, distinctarum inclinationum, qui in unum refra ctione colligantur. Sed de hac re infra plura, ubi concavu convexis associavero.

Hactenus

Hactenus de lente convexa, ejusque usibus citra respectum oculi. Jam de iis usibus quos habet in adjuvanda visione. Et prius

De Ipsa Visione.

LVII. AXIOMA PHYSICUM.

Axes per centra pupillæ & humorum oculorum transeun-s naturali motu vel potius quiete paralleli sunt, voluntarie ero contorquentur ad propinqua contemplanda.

LVIII. DEFINITIO.

Distincta visio est in qua partes rei subtilissimæ elucent, in conspectum veniunt; Confusa, in qua partibus maribus apparentibus, minores latent, & veluti obliterantur u obliniuntur, confusis inter se terminis. Fortis visio seu ara est cum res videtur quasi in multo lumine; Debilis u obscura, cum res videtur quasi in tenui lumine, quale est Eclipsi Solis, aut lucente Luna.

LIX. PROPOSITIO.

Superficies densi, quæ parallelos per corpus venientes ist corpus refractione facta perfecte concurrere facit, est yperbolicæ adfinis.

Esto circuli pars A B C D E F G, *centro* H, *& perpendicularis* H D *producta sit sufficienter; ejusque paralleli* A, P B, L C, K E, M F, Q G.

Quod si refractiones omnes essent incidentiæ proportionales, refractione facta paralleli omnes in idem punctum concurrerent, puta in I, *per XXXV. Sed quia non sunt proportionales per XII, sed augentur supra modum in magnis inclinationibus, ideo* L C *quidem &* E *concurrunt in* I, *at proximi* P B *&* M F *concurrunt altius in* N, *& ulteriores* R A, Q G, *adhuc altius* O.

Ut



Ut igitur puncta O N *coeant in* N, *oportet in* A *fieri minores refractiones,* C E *majores. Minor aute erit in* A G *refractio, ſi* nor *ſit illic inclinatio* R Q G *ad ſuperficiem; m jor in* C E, *ſi major inclin tio* L C, K E.

Minor autem inclina ſit R A *ad* A B, *ſi* A B *te mino* B *ipſi* R *appropinqu hoc eſt, ſi ſuperficies aliq ſit quæ circularem ſupe ciem* A B C *in* A *ſecet, tior incedens quam* A B *Eadem ſi* B C D *in* E *r ſum ſecuerit, major erit ipſius* L C *ſuper eam inc natio. Sic & in* E G. *Se igitur nova linea veterem inpunctis quatuor. Idem aut facit Hyperbola. Non facit Ellipſis. Nam Ellipſis p tionem ſemicirculo minorem non ſecat, niſi in duobus p ctis. Parabola vero etſi idem facit, non eſt tamen ſim quæſitæ ſuperficiei ob hanc cauſam; Nullum enim ad c tum angulum ſe accommodat. At ſuperficies quæſita ad angulum certum debet accommodare, qui eſt* 96°. *q refractio maxima eſt* 48°. *cujus duplum eſt* 96°, *per IX.*

LX. PROPOSITIO.

Cryſtallinus humor oculi eſt lens convexa, forma hyp bolæ; & Retiformis tunica, ſpiritus plena, poſt Cryſta num, eſt papyri vice, & pinguntur in ea viſibilia pictura Eſſe Cryſtallinum humorem lentem convexam pellucidi mam, conſtat experientia Anatomicorum. Figuram eti poſteriore parte eſſe hyperbolicam, & Retiformem in c culum ſeu orbem cavum explicari undique circa Cryſtal nu

num, in distantia certa à Crystallino; & præterea albam subrufam esse, ut papyrum, testantur iidem.

Hisce positis, per XLIII sequitur picturam existere visibilium rerum in retiformi; & per LIX, quia est figura hyperbole cognata, consentaneum est id fieri ad conciliandum penicillis perfectum & purum acumen, iisque picturam fieri distinctissimam.

LXI. PROPOSITIO.

Visio est sensio affectæ retiformis spiritu visivo plenæ: sive, Videre, est sentire affectam retiformem, quatenus affecta.

Retiformis tunica pingitur à radiis coloratis rerum visibilium. Hæc pictura seu illustratio, est passio aliqua, non tantum superficiaria, ut cum parieti creta affricatur, aut lumen in eum allabitur, sed etiam qualitativa penetrans in spiritus. Probo primum à natura lucis, quæ si foris & condensata, urit, per L. Quod si fuerit eadem proportio subtilissimæ luculæ in retiformem allapsæ ad spiritus in retiformi subtilissimam tenuitatem, quæ est foris in aere densissimæ lucis ustoriæ ad crassam corpulentiam eorum quæ uruntur, tunc non minus in retiformi sequetur actio luculæ penetrans, & passio retiformis spirituſque, quam foris sequitur ustio (actio) lucis, & destructio (passio) materiæ quæ uritur. Probo secundo ab experientia. Oculi intenti in lucem fortem adeo afficiuntur, ut etiam subtracti à splendore viso, tamen imaginem ejus retineant & circumferant, satis interdum diu. Pictura igitur illa retiformis est passio penetrans. At hæc pictura nondum absolvit visionem integram; nisi species retiformis sic patientis continuatione spirituum transeat in cerebrum, ibique sistatur ad facultatis animæ limina: quod sic fit.

Quemadmodum omnis sensus externus perficitur receptione & impressione, passione scilicet, cum imprimitur ei quod sentit, species rei externæ; & hæc passio sensio dicitur: Sic etiam intus in cerebro est aliquid, quicquid sit, quod communis sensus dicitur, cui imprimitur species instrumenti

visorii affecti, hoc est picti à luce rei visibilis. Quæ igitur accidunt instrumento extra sedem sensus communis, ea per speciem immateriatam delapsam ab instrumento affecto seu picto, & traductam ad limina sensus communis, illi sensui communi imprimuntur. Sed impressio hæc est occultæ rationis: nec tuto dici potest, speciem hanc introferri per meatus nervorum Opticorum sese decussantium. Nam usus horum nervorum patet alius manifestior, ut scilicet spiritum visivum ex utraque cerebri parte utrique oculo sufficiant, qui ideo decussati sant, ne altero sinu cerebri laso, aut obstructo nervo qui ex eo exit, statim & alter oculus privaretur spiritu. Cum igitur manifestum usum habeant nervi Optici, obscurum est an etiam insuper serviant speciei affecti instrumenti traducendæ intro in cerebrum: an potius sint alii aliqui spiritus, subtiliores corporeo isto, per retiformem sparso, qui meatu corporeo non indigentes, per totum corpus libere spacientur, membrorumque affectiones excipientes, cerebri facultati, quæ communis sensus dicitur, communicent. Forte sic est, ut transferatur hæc species affecti instrumenti à retiformi in cerebrum per meatum quidem nervi Optici, non tamen quatenus is est aliquis corporeus meatus, sed quatenus is ab ipsa sede sensus communis usque in nervum opticum est spiritu plenus, & sic continuatio spiritus sit causa transeuntis affectionis ab oculo in cerebrum: sicut in stagnantibus undis motus lapillo injecto factus, ad littora usque propagatur; quousque scilicet superficies aquæ stagnantis continuatur.

Potest dici, quemadmodum Sol lineis rectis pellucidis illuminat omnia; sic Animæ facultatem quæ est in cerebro, lineis spiritalibus quocunque flexu, tantummodo continuis, illuminare instrumenta. Tunc enim sicut nihil nos juvat aer pellucidus, si opacum intercurrit Solem & nos; sic etiam nihil profuerit spiritus qui astat retiformi, si superius & interius in capite quacunque de causa spiritosus ille ductus intercipiatur, continuusque esse desinat. Hinc illa subita luminis extinctio in morbis, non per recursum spirituum,

spirituum, sed per abruptionem interceptionemque eorum, à constricto, vel obstructo, vel præciso meatu.

Hæc de altera passione, quæ est sensus communis, & causatur à specie patientis instrumenti : quod ejus objectum est.

LXII. PROPOSITIO.

Instrumento utroque similiter affecto, videmur speciem unam videre : at dissimiliter affectis vel pictis intus duorum oculorum tunicis retiformibus, duo nobis pro uno repræsentantur visibilia.

Non est enim sensus instrumenti in sensu communi, quatenus nudum instrumentum. Aut si est, perpetuus est, nihilque aptus ad novam aliquam efficiendam sensionem. Sed est sensus instrumenti, quatenus id affectum, per LXI.

Si ergo similiter affecta, similis etiam ab utroque affecto impressio seu passio erit in sensu communi, uno & eodem existente. Vestigium enim, ut sic dicam, quod dexter oculus sua affectione imprimit sensui communi, imprimit & sinister suâ, quantum ad efficiendam in cerebro novam sensionem attinet. Posterior pars Propositionis sequitur ex LXI. Nam si visio est sensio instrumenti affecti, ut affectum, duo vero instrumenta sunt, quodlibet affectum peculiariter, duæ igitur fient impressiones in sensum communem, & sic duæ ejusdem rei sensiones.

Non servit igitur decussatio nervorum Opticorum intus in cerebro, ad agnoscendam rei duobus oculis visæ unitatem. Repugnat enim & hoc, quod semper ii decussati sunt : at non semper videmur rem unam videre, etsi unam utroque oculo videmus.

LXIII. PROPOSITIO.

Non est possibile ut retiformis retinens eundem situm in oculo tam à propinquis quam à remotis distincte pingatur.

Nam per XLI. remoti puncti radiationes concurrunt propius post lentem quam propinqui. Jam vero per XLIII. in puncto coitionis fit accurata pictura : ergo extra punctum

concursus sit confusa pictura, quare per LX etiam visio indistincta. Et sic, ubi accurate pinguntur propinqua, ibi non est concursus radiorum puncti remoti; ibidem igitur remota pinguntur confuse, & vicissim: & per consequens, quo situ retiformis tunicæ ad crystallinum remota videmus distincte, illo situ ejusdem propinqua videmus confuse.

LXIV. PROPOSITIO.

Sunt qui remota distincte vident, propinqua confuse; quos Aristoteles appellat πρεσβύτας: sunt qui propinqua distincte, remota confuse; qui Aristoteli sunt μύωπες: sunt qui propinqua & remota confuse: denique qui utraque distincte.

Propositio est physiologica & fere medica. Qui utraque simul confuse vident, oculi morbum habent, luscioſi vel plane cæci. Conformatione enim oculi vitiata, sequitur hoc πάθος.

Qui utraque simul distincte vident, oculum & sanum habent & figura mobilem. Nam quia per LXIII retiformis nequit eodem situ ab utrisque æqualiter pingi, in his vero qui utraque distincte vident æqualiter pingitur per LX, LXI. retiformis igitur respectu humoris crystallini, aut humor crystallinus respectu retiformis tunicæ loco movetur iis. Atque hoc est verisimile, oculum sanum, vegetum, & juvenilem, sicut manifestum habet motum naturalem anterius in pupilla, constrictionis in magna luce, & dilationis in tenui: sic etiam in retiformi tunica post crystallinum habere facultatem eandem, ut ventrem dilatet, quo fundus ad Crystallinum attrahatur, si remota sunt videnda; vicissim constringat ventrem, ut fundus discedat, si inspicienda propinqua. Aut insit motus iste naturalis potius telæ araneæ, seu arachnoïdi tunicæ, quæ lentem humoris crystallini in centro sui affixam habet, eumque per radios nigros circumcirca emissos cum uvea connectit. Nam radii isti nigri, processus ciliares dicti, videntur ideo sic pectinatim esse distincti, ut quilibet pro se esset veluti peculiaris quidam musculus; quibus universis simul recurrentibus

rentibus in seſe, & sic brevibus effectis, hoc veluti diaphragma oculi angustius redditum, contractis lateribus oculi, facit oculi figuram nonnihil oblongam seu Ellipoïden, ubi fundus seu retiformis tunicæ cavitas recedit ab humore crystallino. Attenuatis vero ciliaribus processibus in tela araneæ, & sic in longum exporrectis, ampliatur circulus per latera oculi ductus, & fit oculus magis lenticularis figuræ, fundo retiformis ad Crystallinum accedente; ejusdem uveæ ministerio, quæ pupillam etiam arctat & laxat. Hunc ad usum humores, excepto Crystallino, fluxiles sunt, & comprimi possunt.

Qui vero alterutra solum distincte vident, oculum habent sanum quidem, sed jam indurescentem, adsuefactum & quasi senilem. Vanum enim est, senes solos propinqua non videre distincta, aut solos juvenes remota. Promiscue hæc utriusque eveniunt, secundum habitus corporum, aut exercitia juventutis. Nam qui à puero venationibus, aucupio, navigationibus, itineribus est deditus, oculum adsuefacit ad remota; sed quia identidem cibum capere, cum hominibus colloqui oportet, manet oculus in exercitatione etiam ad propinqua respiciendi. Tempore tamen debilitatur exercitatio; ita fit ut fere ii qui nullo in juventute vitio visionis laborant, in senio sola remota distincte videant. Magis enim naturale est, oculos parallelos tenere, quam contorquere ad propinqua, per LVII. In senio vero fatigatur oculus, ut retenta naturali directione, omittat ea in quæ cum labore perspicitur. Atque hoc illis vitium plerumque tarde obvenit in multo senio.

Contra, vitam à pueris agentes sedentariam, intra parietes, literis incumbentes & manuariis artificiis subtilibus, ii celeriter assuefiunt ad propinqua, nec unquam successu ætatis abstrahuntur, sed potius magis magisque acutiunt ad longinqua.

Sunt etiam primi generis homines magis ebriosi & somnolenti & otiosi & cogitabundi, hoc est, qui crebro dimittunt curam rerum ante pedes & sub manibus versantium, quibus ideo oculi diriguntur utplurimum

in situm parallelum, quo situ nonnisi remota distincte videntur.

Secundi vero generis homines sunt potius sobrii, vigiles, laborioſi, intenti ad præsentia.

Sic illi fere procera statura sunt, quia magis à fundo remotum habent oculum & longius prospiciunt, hi potius pumili; quod tamen non est perpetuum. Dictum est enim hic etiam aliquid sibi vendicare corporis habitum naturalem.

LXV. PROPOSITIO.

Convergentibus quacunque ratione unius radioſi puncti radiis versus oculum, impossibile est fieri distinctam visionem.

Omnis enim oculus factus est ut aut remota distincte videat aut propinqua. Remota radiant quasi παραλλήλως, per XXIII. Propinqua divergentes mittunt radios in oculum, per XXIV. Nullum ergo distincte visibile punctum radiat sic, ut ejus radii ubi oculum tangunt convergant.

Hactenus de oculo & visione : sequitur de usibus Lentis respectu oculi.

LXVI. AXIOMA OPTICUM.

Res cognitæ distantiæ & incognitæ magnitudinis sub magno visionis angulo exinopinato comprehensa videtur magna, sub parvo parva.

Probatur in Optic. ex XIX.

LXVII. AXIOMA OPTICUM.

Intervalla inter oculum & rem minutam sunt in eversa proportione angulorum visoriorum : hoc est, quo longius res quælibet recedit, hoc minori angulo cernitur.

LXVIII.

Res cognitæ magnitudinis & incognitæ distantiæ, ut facies hominis adulti, unico oculo sub magno visionis angulo ex-

exinopinato comprehensa, videtur propinqua, sub parvo remota, per LXVII.

Est conversa demonstratio prioris. Unico vero oculo visionem oportet esse peractam; quia dualitas & distantia oculorum (nec minus & motus capitis, vicem supplens plurium distantium inter se oculorum) distantiam rei, si proportionata est, ex incognita reddit cognitam.

LXIX.

Cum igitur remota omnia putentur eodem abesse intervallo, quippe incognito, quod tamen ob hoc ipsum, quia valde remotum, quasi cognitum concipitur, (verbi causa, unam cœli concipimus superficiem, in qua insint omnes stellæ, quocunque intervalli discrimine) remota igitur incognitæ magnitudinis sub majori angulo visa, majora putantur, sub minori minora, absolute; ex LXVI.

Ut si quâ ratione angulus quo Luna videtur amplietur, lunam ipsam putabimus majorem esse effectam; quia de distantia lunæ nihil aliud concipimus quam hoc, illam, quocunque videatur angulo, in eodem cœlo manere.

LXX. PROPOSITIO.

Per lentes convexas, oculo posito intra propinquitatem puncti concursus radiorum ab uno visibilis puncto fluentium, Visibile repræsentatur in suo situ, v.g. erectum, si ipsum est erectum: & cætera.

Sit lens AB, *Visibile* CE, *non jam unicum punctum, sed quantitas, Puncta visibilis extrema* C *&* E. *Radiatio puncti* C *sit* CBF, CHF, CAF, *&c. punctum concursus* F. *Sic radiatio puncti* E *sit* EBD, EKD, EAD, *&c. punctum concursus* D. *Sit jam oculus intra puncta concursus* DF *& lentem* AB *loco aliquo intermedio, ut in* IG, *& quantitas pupillæ foraminis* IG. *Ergo sic positus oculus, non admittit totum penicillum* EADBE *puncti* E, *sed solam partem* EKIDGBE, *cujus junctura in parte lentis* KB. *Rursum* IG *non admittit totum penicillum* CAFBC, *puncti* C, *sed solam partẽ* CAIFGHC,

cujus junctura in parte lentis A H. *Quilibet igitur radiorum inter* K I, B G, *monstrat punctum* E, *dexter dextrum: Et quilibet radiorum inter* A I H G *monstrat punctum* C, *sinister sinistrum. Quare quo situ* A H G I *&* K B G I *penicillorum partes ad oculum* G I *allabuntur, eodem situ etiam* C *&* E *vertices penicillorum, seu puncta visibilia, revera siti sunt.*



LXXI. PROPOSITIO.

Omnis per convexas lentes erecta repræsentatio erectorum visibilium longinquorum, est necessario confusa: & tanto confusior, quanto lens convexa ab oculo remotior.

Nam per superiores à XXXIV in XL, uniuscujusque puncti de re visa longinqua (sit in priori schemate puncti C*) radii* C A, C H *& reliqui paralleli (per XXI) usque ad lentem convexam; post, refractione facta in lente convexa, jam versus oculum* I G *convergunt. At per LXV convergentibus radiis unius puncti ad oculum, impossibile est distinctam fieri visionem. Cumq; convergentia sit causa confusionis, major convergentia erit majoris confusionis causa. Major autem est convergentia in majori parte penicilli ab oculo intercepta, cum scilicet oculus est à lente remotior. Major igitur & confusio erit erectæ visionis, si lens ab oculo remotior fuerit.*

LXXII. PRO-

LXXII. PROPOSITIO.

Aliqua per convexas lentes erecta repræsentatio visibilium propinquorum, est τῶν πρεσβύταις distincta.

Presbytæ dicuntur Aristoteli, qui, cum remota distincte videant, ad propinqua sunt luscioſi, ut LXIV. Talis igitur aliquis per XXIII oculos assuefecit ad radios unius cujusque puncti parallelos. Jam vero per XXXV & XXXIX est aliquod punctum trans lentem seu perspicillum, in quo si punctum rei visibilis ponatur, radii illius puncti transita lente paralleli incedunt versus oculum. Distincta igitur repræsentatur illis res visibilis per lentem convexam.

Et nota, Demonstratio definit limites rerum subtiliter. Natura vero cis & ultra evagatur, nullo magno visionis incommodo, nisi cum nimio evagatur.

LXXIII. PROPOSITIO.

Oculus in puncto concursus parallelorum collocatus videt propinqua adhuc erecta.

Nam oculus collocatus in puncto concursus parallelorum (hoc est, venientium à puncto remoto & longinquo, per XXIII) est adhuc intra terminos concursus radiorum puncti visibilis propinqui, per XLI. Quare per LXX visibile adhuc erectum repræsentabitur.

LXXIV. PROPOSITIO.

Oculus in puncto concursus radiorum à puncto rei defluentium constitutus, punctum illud radians per lentem distincte non videt, sed omnium confusissime.

Nam radii unius puncti, refractione in lente facta, convergunt versus punctum concursus. Si ergo oculus in puncto concursus, convergunt igitur versus oculum. At per LXV convergentibus his, fons & origo eorum distincte non videtur. Cumque maxima sit convergentia in illo puncto omnium earum quæ per unam lentem esse possunt, confusio igitur erit ibit maxima omnium.

LXXV. PROPOSITIO.

Oculus constitutus extra punctum ad quod concurrunt unius visibilis puncti radii, videt illius visibilis puncta per lentem convexam eversо situ.

Non dico quod in quacunque elongatione à puncto concursus unius puncti radiorum videat totum visibile eversum : Nam ut magnam visibilis partem videat, opus est elongatione magna. Sed in genere transitionem concursus radiorum visibilis certi sequi dico eversionem illius visibilis.

Esto enim in schemate Propositionis LXX, oculus non in IG *intra* D *vel* F *puncta concursus, sed in* OP *extra hæc puncta tanto intervallo remotus, ut totum* CE *visibile videri possit, scilicet productis* AD *dextri puncti* E *siniſtimo, &* BF *siniſtri puncti* C *dextimo ad concursum, (qui sit* L*) & ulterius ; sit oculi pupilla* OP *ultra hunc concursum.*

Ergo dextrum punctum E*, radio* EADLP *& vicinis (qui in puncta ipsi* A *siniſtræ parti lentis vicina, versus* H *incedentes, & refractione facta in* D *concurrentes, indeque rursus divergentes versus* PO *latitudinem oculi ;) his inquam radiis à siniſtra lentis parte* A *venientibus,* E *dextrum punctum irradiat oculum* OP*. Contra siniſtrum punctum* C *ra-*

diat

iat in O P oculum radio C B F O, & vicinis, versus K, ui convergentes in F, post iterum divergunt per X X I versus O P oculum; & ita C sinistrum punctum visibilis adiat à B K dextræ parte lentis. Cum autem oculus non apiat quid radiis in lente ipsa accidat, sed æstimet ibi tam esse quamlibet partem rei visibilis, unde ejus radii ulum ingrediuntur per XIX, ideoque res visibilis C E reæsentatur eversa oculo in O P.

LXXVI. PROPOSITIO.

Punctum eversionis, seu in quo se secant binæ lineæ à inis punctis rei visibilis in centrum oculi confluentes, id iquam punctum est inter visibile & lentem.

Probabitur enim, ut prius, Propos. LXXV. lentis partes dextras respondere sinistris rei visibilis, & vicissim. Nulla ergo fit sectio conorum visivorum inter oculum & entem, sed inter lentem & visibile. *Quod vero de conis toties verum est, idem & de lineis mediis conorum verum esse* ecesse est, *quæ in centrum pupillæ incidunt; atque etiam* e iis *quæ in extremitates pupillæ. Ut in schemate P. LXXV. in puncto* S *secant se* E A D L P & C B F L O, a P O *extrema pupillæ lapsi.* L *vero sectio est pars conursus conorum* O D P, O F P, *in* O P, *qui hic jam non conderatur, quia hic supra Prop. LXX. situm rei non everteat. Erant tunc coni* I A C H G & I K E B G.

LXXVII. PROPOSITIO.

Oculus πρεσβύτης nihil pene eversarum rerum per lentem onvexam distincte videt.

Cum enim πρεσβύτης per LXIV. oculum assuefecerit ad adiationem parallelam, puncti scilicet remoti, eoque non it aptus ut radiis unius puncti sensibiliter divergentibus ideat distincte; in eversione visibilis, omnia visibilis uncta post D F *concursum radios habent iterum divergentes versus oculum* O P, *per XXI. Ut* D O, D P, *sic* O, F P. *Non videt igitur oculus Presbytæ in* O P *distincte, nisi si* O P *latitudo pupillæ ad* D O *longitudinem non habeat*

habeat amplius sensibilem & proportionatam distantiam, ut sic D O, D P *sint quasi paralleli.*

LXXVIII. PROPOSITIO.

Oculus μύωπ& quamlibet rem, seu propinquam, seu re motam, ubi lente convexa fuerit eversa, videt distincte i certa remotione oculi à concursu radiorum unius puncti d re illa visibili.

Μύωπες *sunt Aristoteli, qui propinqua distincte videm ad remota lusciosi. Ut P. LXIV.*

Eorum igitur oculi sunt assuefacti ad radios sensibiliter a uno puncto divergentes. At per LXXV eversio continge extra punctum concursus. Per XXI. vero unius lucent puncti C *radii, qui divergebant versus lentem* K B, *& tra sita lente convergebant versus punctum* F *concursus, eo ja etiam transmisso rursum divergunt versus* O P *oculu Apti igitur fiunt huic oculo ad distinctam visionem illiu puncti* C.

Dico autem in uno certo loco à D F *concursibus radiat onum visibilis* D E *spectandi. Nam facultates oculoru diversorum distinguuntur secundum divergentias major & minores, per LXIV. In majori vero remotione pupill* O P *à concursibus* D F, *est minor divergentia, quia mino erit* O D P *vel* O F P *angulus, si basis* O P *eadem, cr ra vero* O D, P D *longiora. Cuilibet igitur oculo sua serv certa remotio à* D F *concursibus.*

LXXIX. PROPOSITIO.

Unica superficies convexa parvo circulo, in cogendis ra diis ad punctum æquipollet duabus lentis superficiebus con vexis ex uno circulo duplo majore desumptis.

Sit convexum utrimque æqualiter A B *circulis* A D B A C B, *quorum centra* F E. *Ergo per XXXIX punctum concursus est* F. *Dimidia ipsius* D F *vel* C E *sumatur, qu sit* G L. *Et centro* G, *spatio* G L, *circulus scribatur* H L I *qui solus refractione causetur parallelorum ex plaga* G *centr venientiu. Sit* G L *in* K *continuata, &* L K *dupla ipsius* G L

ideoqu

ideoque æqualis ipsi DF. *Ergo per XXXV parralleli in* HLI *refracti concurrent in* K. *Idem igitur præstat convexitas* HLI *unica parvi circuli, quod in* AB *duæ, circuli duplo majoris; quia punctum concursus utrimque æqualiter remotum est à corpore denso, quippe* DF & LK *æquales.*

LXXX. PROP.

Omnis per convexam lentem erecta imago visibilis rei est necessario major justo.

Nam per LXX conversam, si imago est erecta, oculus est intra propinquitatem puncti concursus radiorum, ab uno visibilis puncto fluentium. Et conorum à visibilibus punctis in pupillam, seu linearum ab iisdem in centrum oculi ingredientium, intersectio nulla fit inter visibile & oculum, per LXXVI. Sit ergo lens AB, *oculus* C, *visibile* DE. *Cum ergo plura proponantur puncta rei visibilis, linearum singularum ab iis singulis descendentium in centrum oculi, vel vicissim, aut una sola erit perpendicularis in lentem, aut nulla. Quare aut omnes refringentur in lente, aut præter unam omnes, per X.*

Jam per LXXIX, duæ lentis convexitates idem præstant in refractione quod una, quæ continet in se utramque. Ne igitur nos hic turbet duplicitas convexitatis, sit unum convexum æquipollens utrique AHB; & *connexus punctis* DE *cum* C *per rectas, secantes convexum densum in* IK: *per dicta patet, quod hæ non sint futuræ visuæ punctorum*

DE,

DE *quippe rectæ manent: cum opticæ velint ut* CI *in superficie* I *deflectat ab* ID, *& accedat ad eam quæ est superficiei perpendicularis in* I *puncto, quo pacto cadit introrsum intra* D *versus* E: *similiter* CK *refractione facta non cum* KE *continuabitur, sed cadet à* KE *introrsum versus* D. *Atque sic lineæ* CI, CK, *& angulus* ICK, *quo visibile* DE *potuisset videri citra lentem, jam interposita lente non apprehendunt visibile* DE, *sed aliquid minus, quod æstimabitur habere magnitudinem ipsius* DE *totius.*



Ut igitur totum DE *apprehendatur, oportet venire ad oculo exteriores quam* CI, CK, *puta* CA, CB. *Ha igitur si justo spatio distiterint à* CI, CK, *refractione in* AB *facta, apprehendent* DE, *ut sint visivæ* CAD, CBE. *Cum autem* ACB *angulus sit major quam* ICK, *quo spectatur visibile remota lente, majus igitur putabitur visibile* DE *quam est, per LXVIII. Nam XIX nescit oculus quid radiis* CA, CB *accidat in transitu* A *&* B, *putatque illos continuari in rectum, ac si essent* CAF, CBG, *ubi* FG *imaginata quantitas est major quam* DE.

LXXXI.

Oculus quo fuerit remotior à convexa lente versus punctum concursus, hoc videt angustiorem hemisphærii partem per lentem, eamque partem hoc minorem æstimat.

Cum enim & lens & quæ per eam utrinque cernuntur eodem angulo, & eo quidem minori cernantur lente remota quam propinqua; sequitur ut pars visa lente remota minor putetur, per LXVII. Sed & revera minor pars

per

per eam cernitur remotiorem. Sit enim in priori schemate lens A B remotior ab oculo C quam ab oculo O, & ductis ex O rectis in A B, quoniam O A, O B interiores sunt quam C A, C B, refracti ipsorum, sectione facta in A & B, erunt exteriores per XI. Sit ipsius O A refractus A M exterior, & ipsius O B sit refractus exterior B N. Patet igitur quod refractis A M, B N, venientibus à propinquo oculo O, major hemisphærii portio abscindatur; refractis vero A D, B E venientibus à C oculo remotiori, abscindatur portio hemisphærii minor. Id multo evidentius erit, si sic manentibus inclinationibus refractorum, oculi O C in unum coeant, & lens diversos acquirat situs.

LXXXII. PROPOSITIO.

Oculus visibilem rem longinquam conspicatus prope lentem, ubi recesserit eminus, versus concursus punctum, eandem videbit majorem quam prope.

Videtur contraria priori, ideo ei apponitur declarationis causa. Attende enim quod res omnes lente remota visa, minori angulo cernantur junctim, per LXXXI. At res singulæ seorsim, quæ videntur lente & propinqua & remota, remota lente videntur majori angulo. Nam angulus quo lens spectatur tota, & angulus quo per lentis particulam spectatur res aliqua, contraria patiuntur. Dum enim lens removetur, ille minuitur, hic augetur, & cum eo portio lentis qua res illa spectatur augetur; primum ut visibile idem apprehendat, deinde ut idem majus repræsentet: adeo ut oculo in ipsum punctum concursus incidente, unicum visibilis punctum tota lente cernatur; quod prope oculum cernebatur per lentis particulam aut minorem, aut certe non majorem, quam est oculi pupilla.

Nunc ad demonstrationem. Sit ergo, ut supra per LXXIX, potestas lentis utrimque convexæ collata in superficiem A B corporis densi porrecti usque ad visibile. Sit ea superficies obversa oculo. Et collocetur oculus in F propinquo puncto, & in C remotiori. Sint autem in superficie A B puncta D E, ad quæ ex F oculo propinquo ducantur lineæ F D, E F, comprehendentes angulum D F E,

quo

quo angulo & quibus lineis comprehendatur visibile. Dico oculum C *remotiorem, majori angulo indigere ad idem visibile, si fuerit longinquum, comprehendendum.*



Educantur enim ex D E *refracti usque ad visibile* D G, E H. *Quod si ex* C *non majori angulo videbitur illud visibile longinquum, videatur igitur æquali, & ipsis* F D F E, *ex* C *parallele in superficiem ducantur* C A, C B, *ut* A C B *&* D F E *sint æquales. Cum igitur* C A, C B *magis inclinentur super superficiem* A E *quam* F D F E, *magis igitur refringentur* C A, C B, *quam* F D, F E, *per X. Quare refracti ipsorum* C A, C B (*& propter hoc & per* XXXIV,) *concurrent cum refractis ipsorum* F D, F E, *alternis quia* C A, F D *parallelis, ut &* C B, F E. *Concurrant, & sint punctа concursuũ* G H. *Et ipsorum* C A, C B *refracti sint* A G, B H. *Cum igitur positum sit, visibile videri angulo* A C B, *videbitur & comprehendetur re-*

refractis A G, B H. *Videtur vero & comprehenditur etiam refractis* D G, E H. *Ergo visibilis termini necessario erunt* G H. *Et sic visibile non longinquum erit, sed propinquum; quod est contra assumpta. Non videbit igitur oculus in* C *visibile hoc radiis* C A, C B, *& angulo* A C B *æquali ipsi* D F E, *sed lineis exterioribus, puta* C I, C K, *& angulo* I C K, *majori quam* A C B *vel* D F E: *ut ipsorum* C I, C K, *refracti* I L, K M, *propemodum paralleli ipsis* D G, E H, *excurrere possint, ad comprehensionem punctorum extremorum visibilis longinqui.*

XXCIII. PROPOSITIO.

Oculus eandem rem visibilem longinquam conspicatus per duas lentes convexas, singulas seorsim: siquidem utriusque distantia ab oculo fuerit in eadem proportione ad suæ convexitatis diametrum, res visibilis per utramque lentem seorsim videbitur eadem magnitudine; sin variata erit proportio, majorem videbit rem per lentem illam cujus distantia in proportione fuerit major.



Sit oculus O, P Q *lens magna, centro* R *descripta. Connectantur puncta* P Q *cum* O, *& in punctis harum linearum sit minor lens* S T, *quæ eductis per* S T *puncta parallelis ipsis* P R, Q R, *quæ sint* S V, T V, *ex puncto eorum concursus* V *describatur. Et refringatur* O P, O Q, *in* P W, Q X.

Cum igitur V S *&* R P *ſint parallelæ, ſic &* V T, R Q; *incidentes in eas rectæ* O S, O Q, *facient æquales angulos* O P R *&* O S V, *ſic* O Q R *&* O T V. *Sed &* V T S *&* R Q P *ſunt æquales, quippe inter lentes & earum ſemidiametros: quare &* O T S *&* O Q P, *quippe ablatis æqualibus, erunt æquales. Æqualiter igitur* O T *ſuper* T S *&* O Q *ſuper* Q P *lente inclinantur. Quare & refractiones utrimque erunt æquales. Refracti igitur ex* S T, *paralleli erunt ipſis* P W, Q X, *ſint* S Y, T Z. *Et cum ſint parallelæ, eandem igitur ad ſenſum comprehendent rem viſibilem, per XXIII, & ſub eodem angulo* P O Q *vel* S O T; *quare eadem magnitudine cenſebitur, per LXVI. Eſt autem etiam, ut* V S *ſemidiameter lentis* S T *ad* S O *diſtantiam ejus ab oculo, ſic* P R *ſemidiameter lentis* P Q *ad* P O *diſtantiam ejus ab oculo, & permutatim. Patet igitur prior pars propoſitionis. Jam de altera.*

Dico jam, ſi alia ſit proportio diſtantiarum, alia ſemidiametrorum, ut ſi à lente S T *diſtet oculus* O *intervallo* S O, *à lente vero* P Q *oculus* V *intervallo* P V, *tunc majora videri viſibilia lente* P Q, *cujus ab oculo* V *diſtantia major eſt in proportione* P R *ſemidiametri, quam eſt lentis* S T *diſtantia* S O *ab oculo* O *in proportione* S V *ſemidiametri: quippe cum* O S *ad* S V *ſit ut* O P *ad* P R, O P *vero ſit prior quam* V P.

Nam XXCII, lente P Q *poſita, majora videntur viſibilia oculo* V *quam oculo* O. *At per hactenus demonſtrata oculo* O *æqualia videntur viſibilia per* S T *&* *per* P Q *lentes in hoc ſitu. Ergo majora videntur viſibilia oculo* V *lente* P Q, *quam oculo* O *lente* S T.

XXCIV. PROPOSITIO.

Oculus, quo longius extra punctum concurſus abierit, hoc verſa videt minora.

Hujus Propoſitionis demonſtratio declaratione potius comprehenditur, & comparatione præcedentium.

Nam incipiamus à XXXVII converſa, & ſit pro puncto radiante oculus, perinde enim eſt per III. Oculus igitur

tur si sit tam propinquus lenti, tunc ejus radii per lentem transeuntes divergunt, etiam refracti versus visibile, & fit, quod demonstratum est Prop. LXX, ut visibile appareat erectum. Oculo vero à lente recedente paulo longius, augentur visibilia per LXXXII, quamvis minuitur earum numerus per LXXXI: exinde oculo veniente prope punctum concursus, ejus radii lentem ingressi fiunt paralleli per XXXV conversam. Si latum unguem amplius removeris oculum à lente, omnes oculi radii per lentem refracti incipiunt concurrere, primum post visibile si continuarentur, indè in ipso unico rei visibilis longinquæ puncto. Et tunc de illo visibili nihil nisi punctum unum cernitur, & id tam magnum quanta lens apparet, & confusissime. Si paulo amplius oculum à lente abstraxeris, concursus ille radiorum seu linearum ex oculo (refractorum in lente) jam deserit rem illam visibilem, & accedit versus lentem. Sed quia concurrentes radii se mutuo secant, & pergunt ultra concursum per XXI, ideo & hæ lineæ ex oculo per lentem ductæ ultra hanc suam sectionem, inverso ordine in visibile incidunt per LXXVI. & primo minimam ejus particulam, punctoque proximam apprehendunt; tunc igitur incipit fieri, quod est demonstratum Prop. LXXV, ut visibile appareat eversum aliqua sui particula.

Inde oculo magis ac magis elongato, illa sectio magis magisque versus lentem descendit per XLI, & angulus sectionis fit major, plura de visibilibus comprehendens, usque dum oculus elongetur longissimo intervallo; tunc lineæ ex ejus centro veniunt ad lentem pene parallelæ, & fit, ut Propos. XXXIV, ut coeant in certo & dimenso puncto trans lentem. Quantus igitur est in schemate Prop. XXXIV. angulus B F D, tanta portio de hemisphærio videtur situ everso. Nam B F, D F progressi ulterius se rursum secant, & sic incidunt in visibilia.

Semper autem excipiuntur ab hac inversione visibilia illa quæ sunt propiora quam ista sectio linearum ex centro oculi ultra lentem. Unde fieri potest ut eodem anguli situ remota aliqua videantur inversa, alia propinqua erecta.

Hisce sic constitutis, primum lens (per LXVII,) quo remotior ab oculo, hoc minori cernitur angulo, & cum ea totum etiam quod per eam inverso situ videtur. Deinde cum digressione lentis ab oculo plura etiam de Hemisphærio visibili in eam recipiuntur, ut jam est explicatum. Plura igitur videntur junctim minora in remotiori situ oculi, quam pauciora in situ propinquiori. Quare duobus nominibus etiam singula eversorum fiunt minora, si lens ab oculo remotior.

LXXXV. PROBLEMA.

Una lente convexa distincta præstare visibilia, sed eversa & minora.

Oculus collocetur post punctum concursus pro modulo suæ facultatis in certo aliquo puncto. Nam per LXXVIII Μώμ *videbit distincte: sed per LXXV everso situ, & per LXXXIV minora justo: prout oculus remotum aliquod distinctionis punctum postularit.*

Hactenus de una lente convexa: jam de junctis convexis inter se.

LXXXVI. PROBLEMA.

Duobus convexis majora & distincta præstare visibilia, sed everso situ.

Duo convexa sint sic disposita ad oculum, ut remotius solitarie ad oculum mittat imaginem eversam, non tamen distinctam, sed ut oculus lenti sit propior eo puncto in quo distincta repræsentantur, per LXXVIII. Ut si in schemate Prop. LXXV, divergentia radiorum ab uno puncto DC, DP, *ejusque angulis* ODP, *esset nimis magna pro oculo, oculusque in* OP *esset extra* DF *puncta concursus; interponatur deinde lens propinquior inter lentem illam priorem & oculum, hoc situ ut oculus sit intra hujus punctum concursus, ut si in schemate Prop. LXX & LXXV oculus esset in* IG. *Quo pacto oculus per hanc lentem solitariam videbit erecta confusa itidem: sed ob cau-*

Jam

sam contrariam, per Prop. LXXI. Ergo quia à remotiore lente divergentia nimis est magna, hic jam à propiore convergentia contraria illi nimiæ divergentiæ medebitur, ut ita corrigatur, & emendata accedat ad oculum ad distinctam visionem præstandam.

Et quia imago rei visibilis est eversa per unam lentem, Lens vero propior non evertit denuo quod accipit à remotiori, sed sic ut accipit ad oculum transmittit ex supposito, accipit autem respectu rei visibilis imaginem eversam; eversam igitur respectu rei visibilis ad oculum mittit.

Et quia imago ipsa eversa prope punctum concursus major apparet re ipsa, remotius æqualis, & adhuc remotius minor, per LXXXIV; imago igitur hæc sic eversa, ubi fuerit ampliata per lentem propiorem, duobus primis casibus major omnino evadet re ipsa, ultimo casu vel major vel æqualis vel minor, prout fuerit lentium inter se proportio, quæ est in arbitrio artificis: certe tamen major quam quantam lens oculo proxima eam acceperat à lente remotiori, per LXXX.

LXXXVII. PROBLEMA.

Duobus convexis distincta præstare visibilia & erecta, sed minora.

Hæc duo convexa oportet in sufficienti discrimine esse convexitatum,



tum. Collocetur igitur oculus extra utriusque puncta concursuum, alterius puncto distinctionis propior, à reliqui puncto distinctionis remotior, ut ita neutro solitario eversa distincte cernantur. Si enim fuerint lentes hoc situ cum oculo in eandem lineam compositæ, contraria vitia se mutuo tollent, & distinctio sequetur.

Ut autem & erecta sit imago, oportet eam bis everti. Et ut hoc fiat, lentem propiorem oportet ipsam etiam esse remotam à remotiore ultra illius puncta concursus.

Sit enim AB *visibile*, CD EF *lens ab oculo remotior. Sit* K *punctum concursus. Si ergo imago ipsius* AB *evertitur hac una lente; punctum ubi imago apparet eversa, erit ultra* K *remotius à lente per LXXV. Sit ille locus* L, *& quia species ipsius lentis* EF, *cumque ea imago eversa ipsius* AB, *debet everti denuo per aliam lentem, quæ sit* GH, *imago vero rei* AB, *eversa comprehenditur lineis* ADFL, BCEL; *necesse est igitur lentem* GH *esse ultra* L *per LXXVI. Fuit vero* L *à lente* EF *remota ultra* K *punctum concursus. Ergo* GH *lens secunda multo longius removebitur ultra* K *ejus punctum concursus: ut* FLG, ELH *venientes*

entes ab extremitatibus rei, secundam refractionem in GH *passi tandem iterum coeant, & cogantur ad oculum in* I.

Denique hæc imago minor est re visibili. Nam primum species ipsius EF (*eorumque quæ per eam videntur*) *eversa per lentem* GH, *& distincta apparens, erit minor in* I, *per XXCV. Sed per eandem, oculo in* L *constituto, ipsum etiam visibile* AB *per lentem* CD *eversum, minus occupare spatium videtur in lente quam pro sua magnitudine. Quia* L *non potest esse proximum ipsi* K *puncto concursus, ne nimia sit confusio,* L *enim proximum esse debet puncto distinctionis, ut &* I. *Gemino igitur nomine visibile* AB *repræsentatur parvum.*

XXCIIX. PROPOSITIO. PROBLEMA.

Duobus convexis pingere visibilia super papyro situ erecto.

Problema diu quæsitum. Habeant igitur convexa ut Prop. XXCVII, *scilicet ut lens propior papyro sit ultra* K *puncta concursus. Nam penicilli circa* K *desinentes in acumen ultra* K *dilatantur iterum, & divergunt à se mutuo. Eos itaque lens convexa altera excipiens, nova refractione facta & acuit iterum singulos, & convergere inter se facit universos ad novam sectionem, qua superata jam divergunt, & sic in papyrum primitivo ordine acuminibus suis incidunt. Fit enim in schemate P.* LXXXVI, *non secus ac si jam visibile* CE *esset in* DF *picturam translatum, &* OP *sit jam non oculus, sed secunda lens infra illud: quod si lens* OP *sit proxime infra picturam* DF, *pictura* TV *postulat papyrum remotam, & sit magna.*

XXCIX. PROBLEMA.

Tribus convexis erecta & distincta & majora præstare visibilia.

Duo convexa & oculus sic accommodentur, ut fiat quod dictum Prop. XXCVII, *dempto hoc unico, ut oculus sit propior puncto distinctionis, videatque confuse. Nim ter ium*



convexum sic applicatum, ut est factum P. XXCVI, *cum secunda ibi lente, scilicet ut oculus sit propior lenti quam punctum concursus, faciet ut species (quæ his eversa fuit, & jam erecta est, eoque minor reddita) rursum augeatur: quod si justa fuerit lentium proportio, augmentum superabit priorem diminutionem per duas solas factam, in* XXCVII. *Distinctio vero ex iis causis sequetur quæ sunt allegatæ P.* XXCVI.

Hactenus de lentibus convexis: sequitur de cavis.

XC. PROPOSITIO.

Radii ab uno lucente puncto paralleli vel divergentes, si fuerint ingressi in cavam densioris superficiem (siquidem punctum lucens extra centrum superficiei fuerit) divergunt plus per corpus densi.

Ex A *lucenti puncto descendant radii divergentes* A B, A C, *in* B C *cavam densioris superficiem, cujus centrum sit* D, *intra complexum* A B, A C. *Dico* A B, A C *refractionem passos in* B C, *diversuros am-*

amplius infra B C. *Ducantur enim ex* D *centro perpendiculares in superficiem* D B, D C, *& continuentur aliquousque in* E F, *continuentur &* A B, A C, *in* G H. *Cum ergo* A B *inclinetur super densioris superficiem, refringetur in* B, *& refractus à* B G *declinabit versus* B E *perpendicularem per II. Sit* B L *similiter, &* A C *refringetur in* C, *& refractus à* C H *versus* C F *perpendicularem declinabit, ut sit* C M. *Sed* D B F, D C F *plus divergunt, quia à propiori puncto quam* A G, A H *à remotiori per eadem* B C *puncta traducti. Et* B L, C M *ad eos plus divergentes accedunt, à* B G, C H *minus divergentibus recedunt: plus igitur divergunt, quam* A B, A C, *idque intra corpus densum.*

XCI. PROPOSITIO.

Si punctum lucens propius fuerit lenti centro cavitatis, divergentes, refractione facta, minus divergent intra corpus densum.

Sit enim jam A *centrum circuli,* D *punctum radians. Erunt igitur* A B G, A C H *perpendiculares &* D B, D C *radii; qui cum deberent pergere viam* B E, *&* C F, *refringuntur in* B C *punctis, & accedunt ad perpendiculares* B G, C H, *fiuntque* B L, C M, *qui minus divergunt quam* B E, C F.

XCII. PROPOSITIO.

Divergentes intra corpus densius versus cavum ejus terminum, eo transito divergunt amplius.

Divergant B L, C M *versus cavum densi terminum* L M, *cujus centrum* P, *ex quo perpendiculari in puncta* L M, *veniant* P L, P M. *Et* B L, C M *producantur in* Q R, *ultra incidentias* L M. *Quia igitur radii* B L *&* C M *versantes intra densum, oblique incidunt in superficiem* L M *rarioris corporis* P P, *seu, quod idem est, in terminum densi in quo sunt; refringentur discedentes à perpendicularibus* P L, P M, *& refracti erunt, non* L Q, M R, *sed exteriores per II. Sint* L N, M O. *Et cum* B L Q,

BLQ, CMR *divergant*; LN, MO *divergent amplius.*

XCIII. PROPOSITIO.

Si radii per corpus denſum inceſſerint paralleli, tranſito cavo ejus termino divergent.



Sint paralleli β δ γ ε: *eorum non plures uno poſſunt eſſe in* β γ *perpendiculares, reliqui oblique illapſi refringentur à ſuis perpendicularibus per II; ergo divergent, ut prius, foras egreſſi* β ζ, γ κ, *& ſic per alterum earum* δ ε *egreſſi divergent in* δ ϑ, ε κ.

XCIV. PROPOSITIO.

Radii divergentes verſus lentem, quocunque ad lentem ſitu puncti radiantis, ſi lens vel utrinque cava utcunque, vel altrinſecus etiam plana fuerit, tranſita lente ſemper divergunt amplius.



Nam ſi non hoc verum eſt, non verum erit de ſitu puncti radicalis intra centrum cavi, quia tunc per XCI intra corpus minor eſt divergentia. Item non erit verum ſi lens ſit altrobique plana. Et minime erit verum ſi concurrat conditio utraque. Atqui verum eſt utraque concurrente. Sit enim parallelipedum denſum CB, ED, *radii in eo contra ſe inclinati* EC, DB, *æqualibus angulis* CEB, BDE: *ii refringentur in punctis* CE, BD; *refracti* EG, CA *per III, erunt paralleli, item &* DF,

DF, BA, *quia* CB, ED *paralleli. Æqualis igitur divergentia in* AC, AB, *illi in* EG, DF. *Excavetur jam* CB, *circulo* CHB. *Minuetur igitur inclinatio* EC *super cavam superficiem; quare minor etiam erit refractio: superior itaque refractus, puta* CI, *& in altero* BI. *Minus igitur divergent jam* IC, IB, *quam* EB, DF. *Et multo minus si etiam in* ED *excavetur, quia* CE *super novam superficiem magis inclinabitur. Et refracti magis divergent quam nunc* EG, DF, *ut si sint* EL, DO.

XCV. PROPOSITIO.

Visibilia longinqua lente satis cava in uno puncto ab oculo τῦ μύωπος collocata repræsentantur distincta.

Nam longinqua puncta radiant parallelos per XXIII. Cum ergo μύωπες sint assuefacti ad propinqua; ad divergentes igitur assuefacti sunt per XXIV, eoque confuse vident remota. At cavæ lentes faciunt radios parallelos divergere per XC. Faciunt igitur ut eorum parallelorum radiorum puncta distincte videantur. Non tamen in omni situ cavæ lentis. Nam punctum idem A *per cavam lentem* CE *remotiorem ab oculo* BD *radians in pupillam oculi* BD, *parva lentis portione* CE *utitur: quippe quod in ampliorem radiat, id nimia divergentia aberrat ab oculo. Contra idem punctum propinquæ lentis* OI, *majore utitur portione* OI *ad radios ab* A *spargendos in totam pupillam* BD. *At parva portio* CE *propior est perpendiculari ex* A *in lentem quam ampla* OI: *minor igitur* AC, AE *radiorum propiorum ad superficiem inclinatio, quam radiorum* AO, AI; *ideoque & minor refractio* ACB, AED, *quam* AOB, AID, *per X; & propterea minor divergentia* CB, ED, *quam* OB, ID. *Jam vero cuilibet oculo sua certa divergentia prodest: certus igitur cujusque lentis situs.*

XCVI. PRO-

XCVI. PROPOSITIO.

Visibilia per cavas lentes repræsentantur minora.



Sit enim in priori schemat jam B D *visibile,& A centru oculi. Cum ergo radii ex A i lente* C E *refringantur extro sum per XCIV, patet connex* B A, D A, *majorem futuru angulum* B A D, *quo videretu visibile libero oculo,quam* C A E *quo angulo videtur* D B *per le tem* C E *per LXVI, igitur m nor putabitur. Nescit enim ocu lus quid radiis* A C, A E *acc dat in* C E *punctis;eoque putat illos rectis continuari per XIX quod si fieret,ii certe nonnisi pa tem de visibili* A D *intercip rent. Capiunt autem totum v sibile refracti. Ergo species te tius æquatur parti totius, eoqu minor est ipso toto.*

XCVII. PROPOSITIO.

Si longius cava lens recesserit ab oculo, pauciora visibili per cavam ad oculũ venient.

Sit oculus A, *lens* B C *propior Sit rursum oculus* D, *lens* E I *remotior, & æqualis priori* B C *Basis igitur* E F *æqualis est bas* B C, *latera vero* D E, D F, *lon giora lateribus* A B, A C. *An gulus igitur* B A C *major An gulo* E D F. *Refringantur jam radii, & sint refracti* B G, C H, *&* E I, F K *per XCIV : semper igitur plus diverguni*

B G,

BG, CH, *quam* EI, FK. *Sit enim* ELF *triangulum applicabile ipsi* BAC. *Cum ergo à* D *&* L *descendant* DE *&* LE *in idem punctum* E *superficiei densioris, ut refractione facta in* E *se mutuo secabunt, &* LE *inferior evadet in* EM *superiorem : sic* LF *in* FN *per XI. Plus igitur* EM, FN *divergunt, quam* EI, FK; *plus igitur & de hemisphærio intercipiunt: quare &* BG, CH *plus intercipient à lente propinqua, quam* EI, FK *à lente remota refracti.*



XCVIII. PROP.

Si longius cava lens recesserit ab oculo, minora repræsentantur visibilia, quantisper lens non propinquior fit rei visibili quam oculo.

Æqualiter enim ad sensum cum remotione lentis decrescit ejus visibilis magnitudo per LXVII. At non æqualiter pauciora recipit visibilia longius distantia. Etsi enim per XCVII semper pauciora recipit, illa tamen diminutio exigua est pars universorum, siquidem remota fuerint visibilia, propterea quod refractiones in majori remotione pene nihil mutantur, cum & inclinationes (in priori schemate) radiorum LE, DE, *&c. super lentem* EF *in majori remotione pene nihil mutentur. Plus igitur detrahitur de magnitudine aspectabili quam de multitudine rerum per lentem visarum. Universæ igitur minori angulo cernuntur : quare & singula.*

Aliter :

fractione divergent à se invicem per XCI & XCIV, proptereaque remotiores à se mutuo divergent magis. Sit radiationum AB, AC *diversio* BF, CG, *eaque nimia pro oculo. Contra sint radiationes* AD, AE *divergentes in* DH, EI, *appropriatæ oculo. Sit autem pupillæ amplitudo* HI, *& situs ejus in* HI, *ubi divergentes suos complectitur : quæ si divergentes* FG *complecteretur, vitiosam visionem & confusam ipsius* AB, *puncti causaretur. Atqui* HI *amplitudo pupillæ applicata lenti in* KL *jam amplectitur & intercipit nimis divergentes* FG : *confuse igitur videbitur punctum* A *in situ oculi* KL, *distincte in situ oculi* HI.

Hactenus seorsim de convexis, seorsim etiam de cavis : sequitur nunc de junctis cavis & convexis.

CI. DEFINITIO.

Tubus usurpatur pro opaco cavo cylindro, cujus bina ostia clauduntur vitris perspicuis ; scilicet pro oculari illo instrumento quo res longinquas quasi cominus aspicimus.

CII.

Ostiorum ejus alterum cum suo vitro ad oculum pertinet in situ utili, alterum ad visibile. CIII.

CIII. POSTULATUM.

Ut in tubo linea per utriusque vitri centra convexitatum & cavitatum transiens, sit una & eadem. Hoc est, ut parallela sint vitra, iisque tribus rectis angulis insistant.

CIV.

Si cava lens radiationes unius puncti, quæ trajecta lente convexa refractionem passæ convergunt, intercipiat antequam illæ veniant ad punctum sui concursus, aut punctum concursus prorogabitur in longinquum, aut radiationes incedent porro parallelæ, aut denique rursum divergent.

Nam convergant N L, O M *versus cavam* L M, *ac si essent concursuræ in puncto* λ. *Igitur refractione facta in* L M, *jam refracti* L B, M C *incedentes per corpus densum minus convergent versus* B C *cavam superficiem alteram, ac si essent concursuræ in puncto* D *per XCII conversam. Per eandem vero,* L B, M C *secundam refractionem passis in* B C, *refracti* B A, C A *minus adhuc convergunt, & denique concurrunt in* A. *Et sic concursus* A *elongatur, debuit enim in* λ *fieri.*

Quod si sit paulo major refractio, tunc ultimi refracti B A, C A *excurrent in infinitum priusquam concurrant per XC conversam.*

Denique si prima refractio tanta sit ut ρ δ, κ ε *convergentes versus* δ ε, *fiant intus paralleli* δ β, ε γ, *tunc per XCIII conversam rursum divergent in* β ζ, γ κ.

CV. PROBLEMA.

Visibilia lente cava & convexa pingere super papyro majori quantitate quam per solam convexam, sed eversa.

In schemate Prop. XLIV sit lens convexa G H, *puncta concursuum seu apices penicillorum* F B D; *interponatur lens cava* L N *paulo supra* F B D. *Tunc visibile* C A E *pingetur primo super lentem cavam prope* D B F, *sed paulo confusius, quia lens cava intercipit apices penicillorum: & pingetur everso situ, quia sectio penicillorum jam est*

ta in G H, *& apices penicillorum jam pene à se mutuo exserti sunt, singuli intra se in angustum coacti. Transeuntes igitur cavam lentem penicilli singuli per CIV, aut in acumen desinunt longinquius* S P T, *& tunc pictura super papyro ibi applicata fit distincta; aut paralleli incedunt unius penicilli radii, & tunc pictura manet in ea confusione parvula qua primitus in cavam lentem venit; aut denique divergunt & dilatantur penicilli, & tunc magis magisque confunditur pictura cum discessu papyri à lente cava. Major autem redditur pictura* S P T *quam* F B D *per solam* G H *convexam, quia penicilli* F D *refracti in cava* L N *incurvantur extrorsum in* S T *per XC, exteriores semper plus quam interiores per II.*

CVI. NOTA.

Quod J. Baptista Porta profitetur radios Solis primum colligere, post collectos in infinitum mittere, & sic comburere, etsi de speculis loquitur, videtur tamen de perspicillis intelligi debere, quia de industria occultavit sententiam. Quod si de lentibus intelligi debet, non aliud erit artificium, quam primum lente convexa colligere multos radios, post sic collectos proxime punctum concursus excipere lente cava, quæ ex convergentibus parallelos faciat, ut dictum Prop. CV. Itaq; vide ea quæ Prop. LVI

LVI sunt dicta contra. Quibus jam addo & hoc amplius, Etsi emendaveris in Portæ verbis illud de linea ustoria infinita, ut sit scil. idem quod conus ustorius, quantum velis protensus, ut ita adhuc per sectionem radiorum incensio quæratur in fine coni, tamen nihil profici. Nam si sectio causatur incensionem, fortis sectio fortem præstabit incensionem, debilis debilem. At in longissimi coni vertice debilissima erit sectio.

CVII. PROPOSITIO.

Cava lente proxime oculum posita, quæ solitaria confusa præstaret visibilia, quæcunque lens majori circulo convexa in una certa remotione à cava distinguit visibilia, & auget.

Nam per C *cavæ lentes de circulo nimis angusto, si proxime oculum applicentur, confusa reddunt, propter nimiam radiorum divergentiam. Sed per* LXXI, *radiationes unius puncti per convexam lentem solitariam, oculo posito intra centrum concursus, præstant confusam visionem propter convergentiam.*

Et per CIV, illa nimietas divergentiæ, & hæc convergentia, lentibus in tubum compositis se mutuo tollunt. Sublata ergo convergentia & emendata nimia divergentia, sequitur distincta visio. Tollitur autem quod nimium est divergentiæ in una qualibet lente cava proxime oculum, per certam convexæ lentis remotionem ab oculo. Nam lente convexa prope oculum existente, remedium nimiæ hujus divergentiæ (convergentia) est in parva quantitate. Ut in schemate Prop. LXX, lente cava in I G *existente, extremi radii* A I, H G *intercipientes portionem cavæ lentis* I G, *convergunt angulo parvo* I F G. *Rursum convexa discedente ab oculo remedium est in magna quantitate. Ut si lens cava cum oculo paulo supra* F *sit, extremi radii unius puncti* C *erunt* A F, B F, *angulo* A F B *majori eandem cavæ lentis portionem intercipientes.*

Majori autem circulo convexa lens requiritur, quia si circulus convexitatis circulo cavitatis esset æqualis, ut



convexum illius in cavum hujus ſederet, & reliqua illius convexitas quaſi parallela eſſet reliquæ hujus cavitati, tunc lentes immediate junctæ ſeſe mutuo fere emendarent, & altera alterius actionem aboleret, ſic ut in alterius exceſſu nullam vel vilem medicinam repoſitam haberet oculus confuſione laborans in remotis videndis. Divulſa vero hac continua lente à cava, plus etiam convergerent radii in cavam incidentes, & ſic à cava ne paralleli quidem amplius effici poſſent, nedum divergentes. Eadem multo magis in convexam minoris circuli competunt. Relinquitur igitur majoris circuli convexitas idonea.

Denique dico augeri ſpeciem viſibilium, ſi circulus convexitatis major ſit. Nam per LXXX, convexa lens ſolitaria auget viſibilia. Etſi vero per XCVI concava lens etiam ſolitaria minuit viſibilia, verumque eſt & lentem convexam & quæ per eam videntur majora eſſe ſi ſolitaria ſit convexa quam ſi interponatur concava: tamen per LXXXII & XCVIII hæc augmentatio & hæc diminutio major eſt in remotioribus. Cum ergo

ergo cava sit prope oculum, pene nulla erit ejus diminutio: & cum convexa longius ab oculo remota sit, major erit ejus augmentatio.

CVIII. PROPOSITIO.

Convexo posito in quacunque distantia ab oculo, quodcunque cavum, quod solitariè applicatum oculo confusa præstet visibilia, quodque sit minori circulo cavum quam quo utitur convexum, in certa distantia & situ inter oculum & convexum distincta exhibet visibilia.

Est quasi conversa prioris, sed liberior. Illic enim cavæ lentis situs erat datus proxime oculum, ideoque unicus; eligi contra poterat situs convexæ. Hic jam convexæ lentis situs datur, sed non unus, verum multiplex in quantitate & qualitate; & vicissim eligi potest situs cavæ lentis.

Detur primo hæc qualitas situs convexi, ut sit oculus intra punctum concursus: tunc major est cognatio propositionis cum priori, & propria speculationi tubi ocularis.

Tunc igitur in schem. proximo, ex Prop. LXX repetito, cavæ lentis & oculi situs erit inter lentem convexam A B *& puncta concursus* D F, *sit in* I G: *certus igitur erit modulus convergentiæ radiorum* A I, H G, *angulo* I F G: *quæ convergentia, ut ne impediat distinctam visionem, tollenda est vel sola pro oculo πρεσβύτᾳ, ut radii fiant paralleli, vel insuper etiam inducenda divergentia pro oculo μύωπος. Atqui per CIV, utrumque præstari potest per cavam lentem positam in aliquo puncto ante concursus puncta. Illam vero oportere esse minori circulo cavam quam quo utitur convexa, demonstratur ut Prop.* CVII. *Sed & cavam oculo solitarie proxime applicatam oportet confusa præstare visibilia: quia id quod medetur confusioni per convexum, oportet etiam præstare confusionem ex causa contraria.*

Esto secundo hæc qualitas situs oculi ut collocetur extra puncta concursus, ut si in Schem. proximo, ex Prop. LXX & LXXV repetito, esset in O P, *extra* D F. *Tunc igitur cava lens applicata intra punctum concursus* D *vel* F *per CIV, præstare poterit ut nullus fiat concursus, sed ut radii iterum divergant, & sic veniant ad oculum* O P. *Verumtamen in hoc casu multæ requiruntur circumstantiæ. Primum enim lentem cavam esse oportet parvo circulo. Nam si magno cava esset, universi radii inter* A D, B D *parvam ejus portionem interciperent proximam perpendiculari, ideoque in refractione parvi effectus, & non tanti quo tolli posset convergentia. Hoc est huic casui commune cum priori. Deinde si lens est parvo circulo cava, ut divergentiam inducere possit, tamen divergentes illos non mittit omnes ad oculum, longe extra* D F *concursus puncta collocatum. Nam si radii divergunt, aberrant igitur circumcirca ab oculo eminus posito. Relinquuntur igitur pauciſſimi per ipsum convexæ lentis umbilicum (aut aliud aliquod ejus punctum pro situ cavæ) angustissimæ portionis transmissi in ipsum fundum* D *cavæ lentis prope perpendicularem, quipone nullam habent divergentiam, eoque pro parallelis haberi possunt. Quo nomine tantum* τοῖς πρεσβύταις *serviunt. Tertio tenuissimam visibilis particulam hic situs ad oculum transmittet, propter oculi* O P *elongationem & ab* A B *lente convexa (per dicta) & à cava supra* D *vel* F *locanda per XCVII, & insuper id quicquid est minimo angulo per XCVIII.*

CIX. PROPOSITIO.

In Instrumentis majora & distincta exhibentibus visibilia, nulla cava lens valde longe abest à punctis concursus post lentem convexam exsistentibus.

Nam si quam fieri potest maxima repræsentent, cavam lentem oportet esset proxime oculum per XCVIII, convexam vero longe ab oculo per LXXXII. Quare & longe à lente cava;

cava; & tamen lentis cavæ locus per CIV *est inter convexam & ejus punctum concursus. Si ergo convexa est longe à cava remota, punctum concursus erit proximum cavæ lenti.*

CX. PROPOSITIO.

Proposita lente convexa, cavarum lentium oculo proxime applicatarum, quæ minori circulo cava est ea longius à convexo distat, & propius ad punctum concursus applicanda est.

Lentis convexæ A B *portio* D E *radios ab eodem puncto fluentes transmittat, & sit concursus* C.



Cum igitur per unam lentem convexam A B *(ejusve portionem* D E *unam & eandem) eadem sit convergentia radiorum* D C, E C, *unum & idem debet adhiberi remedium, divergentia scilicet per lentes cavas. At divergentiam causatur refractio; refractio vero ejusdem radii, ut* DC, *non nisi in similibus inæqualium lentium cavarum portionibus eadem esse potest. Sint ergo cavæ lentes* F G *&* HI. *Et quia similes sunt portiones* F G *&* H I *quælibet de suæ lentis cavitate, abscindendæ vero sunt à radiis iisdem* D C *&* E C, *erit igitur ut* F G *majoris cavitatis portio ad similem* H I *minoris cavitatis portionem, sic etiam* F C *distantia illius à concursu majori ad* H C *minorem. Quod si* H I *minus à* C *distat quam* FG, *plus à* D E *distabit eadem* H I *quam* F G *lens majore circulo cava.*

CXI. PROPOSITIO.

Cavum unum & idem oculo proxime applicatum, ut cum convexis diversis distincta exhibeat, ab omnium illorum concursibus æquali intervallo debet abesse.

Nam una lens cava unum tantum præstat remedium; unam ergo solam emendat radiorum convergentiam. At in eadem distantia lentis cavæ à concursibus quarumcunque convexarum, est eadem convergentia radiorum qui quidem ab eadem cava lente excipiuntur. Nam si maxime latior sit lens altera ex convexis, & extremi ejus radii magis convergant; ii tamen aberrabunt à lente cava, vel ab ea portione lentis cujus refracti in pupillam oculi venire possunt.

CXII. PROPOSITIO.

Proposita lente cava prope oculum, lentes magno circulo convexæ longam requirunt distantiam à cava & oculo, parvo brevem.

Nam per CIX *oculus est prope punctum concursus, & per* CXI, *lens concava, speciei ubique ejusdem, abest eodem intervallo à concursibus omnium convexarum. At concursus à suis convexis absunt inæqualiter: Nam à lentibus magno circulo convexis absunt longe, à parvo minus per XXXIX. Cum autem æqualia ablata ab inæqualibus relinquant inæqualia, & intervallum cavam inter & convexam, eâdem ubique distantiâ concursuum à cava, minus sit eo intervallo quod est inter convexam & concursum; cava itaque (cum oculo) longius aberit à majoris circuli convexo quam à minoris.*

CXIII. PROPOSITIO.

Propoſito convexo, cava minoris circuli repræſentant viſibilia majora, majoris minora.

Nam per CX, Cava parvi circuli cum oculo cui proxime junguntur, recedunt longius à convexo ad diſtinctam viſionem impetrandam. Sed per LXXXII, quo longius receſſerit oculus à convexo verſus punctum concurſus, hoc videt res majores. Ergo oculus cum cava lente minoris circuli res diſtincte viſas majores videt, quam cum cava majoris circuli.

CXIV. PROPOSITIO.

Lens cava breviſſimo intervallo longius digreſſa à convexa multum auget viſibilia.



Nam per CIX, in Schemate ſequenti, G H, I K *ſunt punctis* C F *valde propinquæ. Et vero tam brevi ſpatiolo* I F *trajecto, & oculo* I K *in* F *collocato, quantitas unici puncti, à quo radii omnes in* D E *influunt, excreſcit in aliquam magnitudinem, æqualem quippe toti lenti* D E, *ut punctum videatur angulo* D F E, *quæ eſt multiplicatio infinita. Levi igitur momento magni quid præſtatur.*

CXV. PROPOSITIO.

Propoſita lente cava proxime oculum, convexarum lentium quæ minori circulo convexa eſt, minora repræſentat viſibilia, quæ majori, majora.

Sit lens convexa A B *semidiametro majori* A C, *& lens* D E *semidiametro minori* D F. *Erunt igitur* C F *puncta concursus per XXXIX. Detur utrimque una lens cava* G H *vel* I K, *quæ proxime oculum posita, certa sui portione certam parallelorum radiorum divergentiam causetur. Cavum igitur cum sit unum & idem propositum* G H, I K, *erit in eodem situ à* C F *punctis concursus per* CXI. *Oculus vero est proxime lentem utrimque ex suppositio. Æqualibus igitur acuminibus* G C, I F *ablatis ab inæqualibus* A C, D F, *quæ supersunt* A G, D I, *in majori erunt proportione. Plus igitur in sua proportione removetur* A B *convexum à* G H *cavo & oculo, quam* D E *convexum ab* I K *cavo & oculo in sua proportione. Et* G H *cum oculo est propior ipsi* C *in proportione ipsius* A B C, *quam* I K *cum oculo ipsi* F *in proportione* D E F. *Majora igitur visibilia repræsentantur per* A B, G H, *quam per* D E I K, *per* XXCIII; *& quidem levissima alteratione proportionis, valde majora, per* CXIV.

Hæc capitalis Propositio abstrusissima fuit, idque ideo quia, siquæ est proportio A C *ad* C G, *eadem fuisset ipsius* D F *ad* F I, *tunc nihil fecisset* A G *longior quam* D I *ad augenda visibilia. Omnia enim fuissent utrimque æqualia per* LXXXIII.

CXVI. PROBLEMA.

Visibilia pro lubitu magna repræsentare.

Nam per CXIII, CXV, *patet, aucta proportione circulorum cavitatis & convexitatis, augeri visibilia.*

CXVII. PROBLEMA.

Inæquali lentium distantia, hoc est inæqualibus tubis, repræsentare visibilia æquali augmento magnitudinis.

Fac per CXIII, CXV, *ut sit eadem proportio & cavitatum inter se & convexitatum, & distantiarum inter lentes, convexis ipsis inter se dissimilibus.*

CXVIII. PRO-

CXVIII. PROBLEMA.

Brevioribus tubis repræsentare majora.

Si convexo minori exsistente, major erit proportio inter convexitatem & cavitatem quam in instrumento longiori, majora breviori instrumento repræsentabuntur per CXIII & CXV.

CXIX. PROPOSITIO.

Posito concavo, clarius seu fortius repræsentantur visibilia majori seu latiori convexo quam minori.

Plus enim lucis spargitur ab uno puncto (in proximo schemate) per amplitudinem A B *majorem, quam per* D E *minorem. Ea vero omnis cogitur in unum punctum* C *vel* F. *In* C *igitur fortior est pictura quam in* F, *& oculus in* G H *stipatiores excipit radios quam* I K.

Magnitudinem autem convexi intellige hic ex XXX, de corpore lentis, non de figura.

CXX. PROPOSITIO.

Posito convexo, visibilia repræsentantur clarius seu fortius per cavum majoris circuli quam per minoris cavum.

Parva enim lens proxime oculum parva sui parte justam causatur radiorum divergentiam. Etsi igitur multi radii unius puncti in illam radiant & à magna portione convexæ lentis radiant, plerique tamen eorum nimia refractione, quam latera seu limbus cavæ lentis causatur, circumcirca aberrant ab oculo (ut in schemate Prop. C F G *ab* H I *latitudine pupillæ:) ingrediuntur vero oculum radiationes nonnisi paucæ & perpendiculari omnino proximæ, & sic à parva portione convexæ lentis allapsæ: quare per CXIX debilis est visio per lentem parvo cavitatis circulo. Idem fit si de cavitate magni etiam circuli sit portio angusta & minor pupilla.*

CXXI. PRO-

CXXI. PROPOSITIO.

Portionis de hemisphærio per lentes visæ pars media & perpendiculari proxima clarius & fortius videtur quam limbus circumcirca.

Causa ad oculum patet in schemate Prop. LXX, in quo sit latitudo pupillæ Q G. *Oculus enim in* Q G, *seu nudus seu prætenta lente cava collocatus, puncti* E *medii radiationes omnes inter* E A Q, E B G *intercipit; puncti vero* C *non omnes, sed penicilli* C A F B C *partem saltem excipit, scilicet quod est inter* C A I, C H G: *quod vero jam est inter* C H G *&* C B F, *id aberrat à pupilla* Q G. *Quare cum* E *videatur per* A B, C *vero per* A H, *per CXIX fortius & clarius videbitur* E *quam* C.

CXXII.

Angusta lentis convexæ portione, cæteris paribus, distinctiora repræsentantur visibilia, lata confusiora.

Nam quæ per magnam portionem convexitatis in oculum radiant, illa per CXIX fortius radiant, qua fortitudine primum Iridis colores, inde nebulæ excitantur. Oculi enim cava & retiformis tunica est spiritu plena, & licet à puncto solum tangatur, tamen si id punctum ex concursu radiorum multorum sit immoderate lucidum, spiritus in aliqua latitudine retiformis circa hoc punctum imbuuntur contagione passionis penetrantis: vide LXI. Itaque pro commoditate oculi, instrumenti & lucis diurnæ vel nocturnæ, ampliatur & retegitur convexa lens, aut angustatur & tegitur, seu immediate, seu loco intermedio inter lentes, adhibito diaphragmate pertuso, aut collo instrumenti introrsum flexo & angustato, aut productione tubi ultra lentem convexam, ut ejus cylindracei orificium remotius, per LXVII, minori angulo cernatur, valeatque tantum quantum angustius aliquid. Natura præluxit ampliatione foraminis uveæ ad lucem nocturnam, contractione ad diurnam.

Habet

Habet diaphragma & hunc usum, ut intus obscuritatem faciat, quorsũ & color niger intus obductus servit, & litui figura, progressu extrorsum flexa habens latera, in medio introrsum, ne radii prope convexam ingressi rursum prorsumque revibrentur & claritatem faciant.

Eodem servit & productio tubi longe ultra lentem convexam, ne convexum irradietur à lateralibus hemisphærii partibus.



CXXIII. PROBLEMA.

Visibile in sublimi, in profundo, à dextra, vel sinistra, & ubi velis, videre.

Fit si cavæ lentis diameter sit latior pupilla oculi, & satis larga, ut oculus à centro ejus justo spatio ad latera possit exire. Nam penicilli in lateribus cavæ refringuntur toti & oblique; sinistrorsum in sinistris, dextrorsum in dextris. Sit enim in schemate Prop. C, A B K F *linea media unius penicilli veniens in centrum pupillæ, illa per* B K *puncta refringitur extrorsum ad sinistram, quia &* B K *est pars lentis sinistra. Oculo igitur à medio cavi translato ad latus sinistrum* K, *punctum* A *per rectam* F K M *visum, putabitur esse in* M *situ dexteriori, per XIX.*

CXXIV.

CXXIV. PROBLEMA.

Magnitudinem ampliatæ ſpeciei artificioſe æſtimare.

Dirigatur ſiniſter oculus in rem viſibilem ſine inſtrumento liber; dexter vero trans lentes eandem aſpiciat. Cum igitur ſiniſter ſit in viſibile directus, dexter autem ſiniſtro ſponte ſua ſemper maneat parallelus, ſi tegatur, ut jam inſtrumento legitur, quippe parallela oculorum directio eſt naturalis per LVII. dexter igitur quaſi in viſibile ipſum directus erit, ſive ei ſpecies Inſtrumentaria humilior, ſive altior videatur re ipſa per oculum ſiniſtrum viſa. Nam per LXII, videbit quidem dexter oculus ſpeciem ampliatam rei illius, in quam rem ipſe per aſſociationem ſiniſtri dirigitur; ſed non ideo videbit illam eadem ſemper ſui particula, qua ſui particula ſiniſter eam videt.

Quando ergo ſitu diſcrepare videbuntur ſpecies, lente convexa inſtrumenti huc illuc mota, interdum & concava paulatim oculo applicata, facile efficietur ut ſpecies utraque viſibilis ejuſdem inter ſe ſitu congruant. Tunc igitur apparebit exceſſus alterius ſupra alteram, applicatis invicem ſpeciebus.

Hactenus de inſtrumento ſimplici : ſequitur κρύψις.

CXXV. PROPOSITIO.

Poſito cavo, duo convexa ſimilia, applicata invicem proxime, pro uno, fere dimidiant longitudinem inſtrumenti quod eorum convexorum unum ſolum habet; & ſimul quantitatem ſpeciei minuunt.

Sint duo convexa A B *&* C D *ſimilia, & centrum circuli ipſius* A R B *ſit* H. *Sitque ſemidiameter* H R *biſecta in* I. *Poſito igitur unico* A B *convexo, punctum*

con-

concurſus erit circa H, per XXXIX. Ac ideo lens cava non longe intra H ponenda erit per CIX.



Dico C D proxime ad A B applicata, cavam lentem intra I applicandam. Id probo primum rudi Minerva.

Nam quia paralleli radii in A B refracti concurrunt ad H propter refractionem; intercepti igitur à C D, ideoque refractionem in C D iterum paſſi, propius concurrent. In C D enim majorem patiuntur quam in A B, quia obliquius in illam incidunt; quippe in A B incidunt paralleli, in C D jam convergentes. Patet hinc concurſum radiorum futurum propius multo, ac proinde cavam lentem appropinquare debere ipſis convexis A B & C D per CIX. Referendam autem eſſe lentem cavam intra I punctum quod dimidiat ſemidiametrum H R ipſius convexitatis A B, patet inde. Sit enim ipſi H I dimidiæ æqualis G L, & hac circuli ſemidiametro fiat lens E F, convexitatibus E L F, E M F, & ipſi L G ſit æqualis G K. Ergo per LXXIX, ſi eſſet unica ſuperficies E M F, illa æque valeret duabus ipſius A B, faciens parallelos concurrere in K, quod æque diſtat ab E F ac H concurſus diſtat ab A B. Atqui lens E F habet duas tales ſuperficies. Et ſicut ſuperficie E M F complexa eſt convexitates ambas ipſius A B, ſic ſuperficie altera E L F complectitur convexitates ambas in C D; quippe A B & C D ſunt ſimiles, ſicut & E L F, E M F.

Sed

Sed EF *lens utrimque convexa parallelos concurrere facit in* G *centro per XXXIX. Hoc est in distantia* LG, *quæ est ipsius semidiametri de* AB *dimidia. Ergo &* AB, CD *lentes associatæ & cotiguæ cogunt parallelos in distantia dimidia hujus semidiametri, hoc est, circa* I *punctum. Cava vero lens, per CIX, intra punctum concursus locanda est, ergo intra* I. *Dico etiam speciem fieri minorem per duas convexas invicem contiguas,* AB, CD, *quam per unam* AB.

Nam quia una cava lens est utrimque, eandem igitur causabitur radiorum divergentiam. Eodem igitur intervallo aberit tam ab H *concursu per unam* AB, *quam ab concursu per utramque* AB, CD *causato: per CXI, sit hæc distantia,* HN, IO, GP. *At portio eadem ad dimidium* IR *majorem habet proportionem quam ad duplum* HR. *Propiores igitur sunt* AB, CD *junctæ ipsi* O (*vel* EF *illi æquipollens ipsi* P) *in suæ semidiametri* LG *proportione, quam sola* AB *ipsi* N *in suæ* RH. *Minora igitur visibilia* EF *repræsentat per cavam* P, *quam* AB *sola per cavam* N *eandem per XXCIII; minora igitur & duæ* AB, CD *junctæ, quam una sola* AB.

CXXVI. PROPOSITIO.

Unica superficies concava parvo circulo in dissipandis seu disgregandis radiis fere æquipollet duabus superficiebus concavis ex circulo duplo majore desumptis.

Probatur ex LXXIX, & III.

CXXVII. PROPOSITIO.

Duæ lentes concavæ invicem contiguæ paulo admodum a lente convexa longius distant quam earum unica; ut distinctam efficiant visionem: sed speciem visibilis multum ac fere duplo augent.

Nam paralleli, quos lens convexa fecit convergere, sic con-

convergendo incidentes in cavam, ea transita vitantes concursum rursum divergunt versus oculum per CVII. supponitur enim instrumentum & in eo situs cavæ lentis utilis. Jam vero altera cava inter oculum & priorem cavam interposita, quæ intercipiat divergentes, facit eos, ubi trajecerint, divergere amplius per XCIV: peccant igitur excessu divergentiæ, & confusa præstant per XCV & XCIX. Augeri igitur vero oportebit contrariam ex convexa convergentiam, ut vitia æquiponderent, seque invicem tollant, per CIV. Augetur vero convergentia & ex illa confusio, si longius discedat lens convexa ab oculo intra punctum concursus constituto, per LXXI. Ergo duæ lentes cavæ cum oculo sibi proxime adhærenti, longius abesse debent à convexa quam unica earum. Vel per CXXVI, binæ lentes cavæ circulo majore æquivalent unicæ circulo minore. At per CX, Cava parvo circulo longius à lente distat quam unica magno circulo cava. Ergo & binæ magno circulo cavæ plus distant quam earum unâ sola.

Dico & majora repræsentari visibilia per duas quam per unam cavam proxime oculum. Demonstratur (ut priora) ex CXIII & CXXVI.

Parvula vero auctio distantiæ magnam facit accessionem ad magnitudinem speciei per CXIV.

CXXVIII. PROPOSITIO.

In lente quæ æqualibus circulis hinc convexa est, inde cava, omnes radii qui perpendiculari intra corpus paralleli incedunt, æqualibus angulis in utraque superficie refringuntur, & refracti retinent divergentiam aut parallelitatem eandem.

Sit lens circulo B C, *cujus centrum* A, *convexa, circulo vero* E F, *cujus centrum* D, *concava. Incedat per centra recta* D A, *secans superficies perpendiculariter in* F C. *Ducatur ei parallela quæcunque, secans superficies perpendiculariter, sitque* B E. *Demonstratur igi-*



tur Geometrice, præsertim à Ptolemæo & Astronomis, sicut C F, *&* B E, *sic* C B *&* F E *esse æquales. Proinde inclinatio* B E *ad utramque superficiem est eadem, hoc est, ad Tangentis superficiei in* B E *punctis incidentiæ. Sunt enim hi Tangentis paralleli. Quare & refractio erit eadem, & refracti ex corpore denso in plagam utramque erunt paralleli, ut* B G, E H. *Eadem igitur divergentia aut convergentia* E H *exeuntium, quæ* G B *ingredientium : quantisper quidem* B E, C F *intra corpus paralleli fuerint.*

CXXIX. PROPOSITIO.

Radii unius puncti in lentem simul convexam & cavam eodem circulo incidentes, si punctum longinquum fuerit, transita lente convergunt ; si propinquius diametro circuli, divergunt amplius quam ab origine.

Puncti enim longinqui radii sunt paralleli per XXIII. Paralleli vero in convexum densius incidentes per XXXIV convergunt intra corpus densum.

Esto ut G *sit longinquum punctum, &* G B, G C *paralleli, &* B E, C F *convergant. Erit igitur* E F *brevior quam* B C. *Rectior igitur incidentia ipsius* B E *in* E F, *quam in* B C. *Minor igitur refractio in* E *quam in* B. *Quare minor angulus* G B E *quam* B E H. *Non igitur* G B *&* E H *parallelæ. At* G B, G C *ponuntur paral-*

parallelæ. Ergo E H, F A *refracti convergunt, tandemque concurrent.*

Contra sit G *punctum radians propinquius diametro circuli. Erunt igitur* G B, G C *radii divergentes. Sic autem ingressi convexum densius, minus quidem divergent, sed tamen divergent, per XXXVII.*

Cum igitur divergant B E, C F *versus cavum corporis densi terminum* E F, *major erit* E F *quam* B C. *Obliquior igitur incidentia* B E *in* E *quam in* B: *major igitur refractio illic quam hic. Major igitur angulus* G B E, *minor* B E H: *non igitur parallelæ* G B *&* E H, *sed quasi concurrentes inter se, si producerentur versus* H. *Plus igitur divergunt à se mutuo refracti* E H, F A, *quam primitivi* G B, G C.



CXXX. PROPOSITIO.

Si cavitas ex majori circulo fuerit quam convexitas, radii puncti longinqui trajecta lente convergunt : plus quidem (seu post brevius intervallum, quàm si solum convexum esset) si cavitatis circulus major fuerit triplo circuli convexitatis ; minus vero (& post magis intervallum) si minor triplo fuerit.

Seu

Cavitas majoris circuli derogans convexitati minoris, præstat effectum convexitatis circuli valde magni. Dicitur Menilcus. Æquipollet lenti pure convexæ.

Sint C F, B E *refracti intra corpus, allapsi à puncto*

G *longinquo. Convergent igitur versus* E F *per XXXIV: minor igitur erit* E F *quam* B C. *At simul & circulus ejus major. Igitur* B E *rectius in* E *incidet quam in* B. *Minor itaque refractio in* E *quam in* B. *Major igitur angulus* B E H *quam* E B G. *Non sunt igitur inter se paralleli* H E *&* B G, *sed versus* G *producti concurrerent, & sic* E H, F H *inter se convergent versus* H.



Sit jam A *centrum circuli* B C *&* C H *tripla ad* C A. *Et sit infra* H *punctum* R. *Quod si* B C *sola fuerit, convergent* B E *&* C F *in* H *per XXXIV. Sit jam ipsius* E F *circuli centrum* R. *Et ducta* E R *perpendiculari,* B E *ab* E R *refringetur per II. & supra* H *cum* C H *concurret, sit in* P. *Ergo* E P *&* F P *magis conveniunt quam* B E, C F *&* C P *distantia concursus* P, *minor est quam* C H.

Rursum ipsius E F *circuli centrum sit supra* F *puta in* P, *& ducta perpendiculari* E P, *radius* B *refringetur in* E *à perpendiculari longius quam* E F *per II. concurretque refractus cum* F H *infra* H, *concurrat in* R. *Minor igitur erit divergentia ipsorum* E R, F R, *quam* B E, C *Et intervallo majori* C E *quam est* C H, *elongabit*

co

concursus R. *Quod si centrum* EF *est in* H, *sesquidiametro infra* C, *tunc concursus etiam fit in* H, *& sic* EF *nihil nec juvat, nec impedit ipsam* BC.

CXXXI. PROPOSITIO PROBL.

Punctum concursus pro Menisco invenire. Seu, Quantum attenuatur lens, tantum elongari concursum.

Sit ABCD *Menisci*, EF *centra. Quod si* ABC *sola convexitas faceret refractionem, concursus esset post tres* BE *semidiametros per XXXIV. At sola facit si circulus cavitatis* ADC *sit triplus ad convexitatis circulum* ABC, *hoc est, si* BF *tripla fuerit ad* BE. *Quia enim concursus est post tres semidiametros* BE, *esset igitur concursus in* F *centro* ADC *circuli; quam radii per corpus* ABC *transeuntes omnes perpendiculares inciderent in* ADC; *non igitur refringerentur. Lentis igitur* ABCD *concursus est post tres semidiametros.*

Rursum cum lens est utrimque æqualiter convexa, ut ABC, AHC, *concursus una semidiametro* BE *à* B *abest in* E, *per XXXIX.*

Tertio cum lens est AGCH, *plana, in* AGC, *paralleli in* AGE *nihil refracti concurrunt post duos semidiametros per XXXV, ut in* S.

Quarto per CXXV, si duæ lentes jungerentur, concursus dimidio ipsius EB *abesset.*

Ex his igitur vestigiis apparet, fere qua proportione lentis crassities BD *minuitur, ea proportione augeri distantiam puncti concursus à lente. Nam cum crassities esset bis* BH, *distantia dimidium fuit de* BE. *Cum illa semel* BH, *hac semel* BE, *cum illa dimidia sc.* GH, *hac bis erat* BE, *scilicet* BS. *Jam cum ipsi* GH *vel* BG *tertia paulo minus pars decederet, accessit duabus* BE, ES, *semidiametris, tertia* SF.

Esse autem DG *minus tertia parte de* GB, *vel* GH, *sic probatur.*

Sit enim A B *vel* 30°. *vel* 0°. 30'. *Per VII. ex abundanti, erit*

A G	*vel*	5000000	*vel* 87265
Et G B	*vel*	1339746	*vel* 381
Qualium B E		10000000 :	*talium vero est fere*
D F		30000000.	*Ut autem* D F *ad*

B E, *scilicet ut* 3. *ad* 1, *sic* A G *ad sinum arcus* A D.

Est ergo

Sinus vel 1666667 *vel* 29088.

quorum arcus vel	9°. 36'. *vel* 0°. 10'.
complementa vel	80. 24. *vel* 89. 50.
Sinus versi vel	140039. *vel* 41.

Ut autem Sinus totus ad hos versos, sic D F 30000000 *ad* D G.

Est ergo D G	*vel*	420117 *vel* 123.
Fuit autem B G		1339746 *vel* 381.

Vides ergo D G *esse minus tertia parte de* B G.

Quinto igitur consentaneum est, si jam quarta pars ipsius D B *decedat, quartam* B E *accessuram; ut ita rursum* B G *amissa tertia paulo minus, & residui quarta, id est totius dimidia, acquirat ad intervallum concursus pro duabus* B E *semidiametros quatuor, ut* B T. *Nam si abstuleris*

	420117 *vel* 123
ab	1339746 *vel* 381
restat	919629 *vel* 258.
hujus quarta	229907 *vel* 64
ablata, rest.	689722 *vel* 192

dimidium fere ipsius B C.

Itaque quantum attenuatur lens, tantum elongatur concursus fere.

CXXXII. PROPOS.

Si cavitas ex minori circulo fuerit quam convexitas, radii unius puncti diametro post convexum collocati divergunt amplius transita lente. Seu Convexitas majoris circuli derogans cavitati minoris, præstat effectum cavitatis circuli valde magni.

Radii enim CE, DF, *intra corpus à puncto* G *venientes, si id diametro distat à convexo, paralleli sunt per XXXV. Quare secant* EF *concavam obliquius quam convexam* CD. *Catra ut* CXXIX. *Sin* G *propius fuerit,* CE *&* DF *intra corpus divergent versus* EF *per* XXXVII. *magis autem* EH, FB *refracti in aere per* XCII.



CXXXIII. PROPOS.

Si cavitas lentis una superficie convexæ centrum suum habuerit interius centro convexi, radii puncti etiam longinqui per lentem efficiuntur divergentes. Illa æquipollet lenti pure cavæ circulo valde magno.

Nam sit G *punctum longinquum, ergo ejus radii* G C, G D *paralleli sunt per* XXIII. *Ergo* C E, D F *intra corpus convergent per* XXXIV, *ac si concursuræ essent sesquidiametro convexitatis in* H H. *Quod si centro* B *circulus minor per* E *scriberetur, tum* E B, F B *interciperent portionem ejus majorem quam est* C D *respectu sui circuli. Patet; cum enim* C E *tendat versus* H H, *punctum* E *inferius est linea* C B. C B *vero (& non* C H H) *abscinderet demum portiones similes. Multo magis igitur tunc* E F *major erit circuli sui portio, cum ejus centrum est supra* B, *ut in* A. *Quia ergo major est portio* E F *quam* C D, *major est etiam inclinatio* C E *ad* E F *quam ad* C D. *Major igitur refractio in* E *extrorsum per II, quam in* C *introrsum versus* B D G. *Non sunt igitur parallelæ* G C, E H. *Et cum* G C, G D *ponantur parallelæ;* D B, E H, *earum refractæ, in* E F *cavo termino densi corporis divergent.*

CXXXIV.

Diversi generis lentes puræ, associatæ, invicemque contiguæ, æquipollent lenti mixti generis, & tandem lenti puræ.

Demonstratur fere ut CXXV. *Sit enim lens convexa* O P, *& cava* Q R, *& redigatur ipsius* O P *utraque convexa superficies in unam convexam* S T *per* LXXIX.

Per CXXVI *vero etiam ipsius* Q R *cavitates redigantur in unam* V X, *fiatque mixti generis lens* S T X V: *quod si præpollet cavitas* V X, *hoc est, si ejus circulus est minor, lens mixta æquipollet pure cavæ per* CXXXIII. *Ac proinde* O P, Q R, *diversi generis junctæ æquipollent pure cavæ circuli valde magni. Sin autem præpolleret convexitas* S T, *propter minorem circulum, ut in schemate Prop.* CXXXI, *in meniſco,*

meniſco, A B C *convexitas major*, A D C *cavitas minor, tunc lens mixta* S X, *ac proinde etiam duæ invicem ſociatæ* O P, Q R, *junctæ æquipollent pure covexæ per* CXXX.

CXXXV. PROBLEMA.

Inſtrumentum parare magni circuli convexo, quod brevius ſit opinione illorum qui communia fabricant.

Fit geminato convexo unico, altero intus latente, quod ſpeculator ignoret. Per CXXV.

CXXXVI. PROBLEMA.

Inſtrumentum parare magni circuli cavo (& qui etiam ſuperet circulum convexi) quod viſibilia repræſentet majora opinione eorum qui communia inſtrumenta fabricant.

Fit geminato cavo pro uno, quod ſpeculator ignoret. Per CXXVII.

CXXXVII. PROBLEMA.

Convexo parvi circuli, & minoris etiam quam eſt circulus concavi, apud oculum (quod abſurdum videtur per CVII) longiſſimum efficere inſtrumentum, & ingentia præſtare viſibilia.

Vel enim compone certa cum attemperatione convexum minoris circuli cum cavo majoris intus latente & inconſpicuo, & ſequetur effectus per CXXXIV. Vel lente utere mixta, convexa foris minori circulo, concava intus majori, per CXXX. Et locum cavæ lenti alteri, quæ ad oculum eſt applicanda, quære per CXXXI. Tenta etiam aliquid per CXXVIII.

CXXXVIII.

CXXXVIII. PROPOSITIO.



Manente eadem distantia lentis ab oculo, & linea ex oculo in lentis umbilicum per centra convexitatum vel cavitatum transeunte refractiones contingunt proxime eædem, utram velis dissimilium superficierum lentis oculo obvertas.

Videtur absurda & contra Prop. xxxiv, & xxxv. *Nam in schemate P.*xxxiv *convexa superficies densi,* B C D, *obversa parallelis cogit illos in* F *intervallo sesquidiametri. At in* xxxiv *superficies densa* P Q R *aversa à parallelis cogit eos in* S *intervallo diametri. Sed meminisse debes ibi sermonem esse de unicâ superficie, cum qualibet lens habeat necessario duas. Item per* xxxxiv *paralleli considerantur in aere, Prop.* xxxv *considerantur intra corpus densum; itaque comparari non possunt. Quod si terminetur utraque illarum*

rum lentium etiam altera superficie, sic ut maneant F S puncta concursuum, apparebit diversitas. Centro enim F intervallo F B, scribatur pro altera superficie circuli portio B K D, secans I A F in K, B C D in B D punctis; ut ita radii concurrentes in F sint omnes ipsi B K D perpendiculares, ac proinde nihil refringantur in B K D. In altero vero schemate P. XXXV. sit arcus P Q R æqualis & similis arcui B C D, & Q punctum medium, terminique P R connectantur recta secante perpendicularem O Q S in V, quæ significet alteram planam lentis superficiem, in quam omnes ipsi O P paralleli sint perpendiculares. Igitur in P V R nihil refringentur, manebitque concursus in S. Jam igitur patet, lentes, quarum altera sesquidiametro C F, altera diametro Q S concurrere facit parallelos, esse diversæ crassitiei, cum sint convexitate similes & æquales. Illa habet crassitiem minorem C K, hæc majorem Q V. Differentia utriusque est sinus versus arcus B K. Quare nihil mirum, quod in illa intervallum concursus habet tres semidiametros, in hac duas tantum, per CXXXI. Eluceſcet autem veritas propositionis etiam sic: Avertantur in schemate Prop. XXXIV Circuli B C D, B K D à parallelis, manentibus punctis B D; ut ita paralleli primum incidant in cavum densum B K D: ii divergent per corpus versus B C D convexum densi per X C. at si per corpus paralleli mansissent, ut in schem. Prop. XXXV. concurrissent post convexum duabus semidiametris per Prop. XXXV. Sed quia divergunt versus B C D (ut si convergerent in altero schemate versus P Q R) æquum igitur est ut post S concurrant longius per X I, scilicet in F. Idem etiam in schem. Prop. XXXV. facile est probare. Si enim P Q R obvertantur parallelis, ii intra corpus convergent, ac si vellent post tres semidiametros concurrere, ut in B C D versus F. Convergendo igitur transeuntes corpus, & incidentes in terminum ejus planum, ad eum inclinantur; quare jam in plano & refringuntur, quælibet à sui puncti perpendiculari. Cumque respectu totius

lentis

lentis abnuant & à se mutuo intra corpus, & à suis perpendicularibus, refracti igitur in aere foris tanto magis inter se coeunt, fugientes à perpendicularibus suis singuli. Et sic non mirum quod citius coeunt quam post tres semidiametros, scilicet in S. *Et hæc demonstratio evincit in genere propositum. Interim parvula est diversitas, cujus causa non datur accurata demonstratio. Potest autem qui vult uti numeris ad explorandam insensibilitatem, uti supra P.* XXXIV *& ipse feci.*

CXXXIX. PROBLEMA.

Ut vitrum utrumque sit cavum, & quod ad oculum, & quod ad visibile vergit, & tamen effectus sequatur.

Aut pone foris versus visibile pro convexo solitario in conspectu cavum locum cui intus adhæreat occulte convexum tanto angustioris circuli, ut Prop. CXXXVII. *Aut ibi mixto utere, ut Prop.* CXXXVII. *cujus cavum foras vertatur. Nam per* CXXXVIII *perinde est, utcunque vertas.*

CXL. PROBLEMA.

Tubum præparare, cujus vitrum utrumque sit convexum, & quod ad oculum, & quod ad visibile vergit, ut nihilominus effectus sequatur.

Apud oculum pro uno cavo compone convexum cum cavo minoris Circuli, & fac convexum magni circuli foris apud oculum spectari, cavum intus latere per CXXXIV. *Vel apud oculum utere mixto, cujus convexitas magno Circulo foras promineat, cavitas parvo & tanto minori Circulo intro, per* CXXXIII.

CXLI. PRO-

CXLI. PROBLEMA.

Tubum præparare, cujus vitrum ad oculum sit convexum, ad visibilia cavum.

Est compositio ex CXXXIX *&* CXL. *Quæ enim ibi fiebant seorsim in altero vitro, hic fieri debent junctim in utroque.*

FINIS.

OCTAVO 94

3998092